

**A.-M. GUILLEMIN**

Docteur ès lettres.

**H. BERTHAUT**

Professeur agrégé au Collège Stanislas.

**JE PARLE LATIN**

---

I

**LUCIUS ET QUINTUS**

PAR

**A.-M. GUILLEMIN**

Docteur ès lettres.

---

**CLASSE DE SIXIÈME**

**TROISIÈME ÉDITION**



PARIS

**LIBRAIRIE HATIER**

8, Rue d'Assas, 8 (VI<sup>e</sup>)

## INTRODUCTION

*Le latin est devenu définitivement une langue morte le jour où les humanistes ont cessé de pouvoir l'écrire et où l'intérêt des réalités pratiques, économiques, sociales, scientifiques leur a enlevé le goût de cet exercice, c'est-à-dire vers la fin du XIX<sup>e</sup> siècle. C'est de cette époque que date l'abolition du discours latin, des vers latins et, dans une large mesure, du thème latin. A la surprise générale, une décadence rapide des études latines a suivi la disparition de ces exercices dits inutiles et les élèves ont achevé les réformes du ministère par l'effet de leur inattention et de leur désaffection. Aujourd'hui beaucoup de professeurs jugent que les études latines sont si malades qu'il n'y a plus qu'à se résigner à leur disparition. D'autres cependant croient à une résurrection possible et en cherchent les facteurs sur des voies diverses.*

*Parmi ces derniers, M. l'inspecteur général Gastinel s'est créé une place importante par ses articles originaux et suggestifs parus dans différentes revues et surtout par l'exposition de travaux qui, en juin 1935, a mis en émoi tout ce qui s'intéresse à la culture secondaire. Depuis quelque temps, il n'est plus question que de l'« enseignement direct » du latin, et du temps prochain où, tel Montaigne, les élèves des lycées et collèges traiteront leurs petites affaires et videront leurs petites querelles dans la langue de Cicéron.*

*Exprimé dans des termes aussi vagues, ce rêve est une erreur dangereuse. Les élèves ne peuvent parler latin parce que les Latins ne leur ont pas transmis dans les textes littéraires — fût-*

ce ceux de Plaute et de Pétrone — les mots nécessités par les exigences de la vie courante et parce que ces exigences ont singulièrement changé depuis seize ou dix-huit siècles. D'autre part l'enseignement direct même des langues vivantes, tel qu'il est compris dans les classes, est loin d'avoir l'efficacité qu'on lui attribue parfois. S'il rend possible l'expression de besoins élémentaires, il laisse la pensée singulièrement pauvre et basse et ne peut se passer de compléments que ne comporte pas l'enseignement du latin : séjours dans les pays de langue étrangère, fréquentation de leurs habitants, etc....

Telles sont les considérations qui m'ont amenée à composer ce petit livre. Il s'adresse aux élèves de sixième déjà en possession des déclinaisons et des conjugaisons. Il vise d'abord à faire connaître aux élèves quelques-uns de ces realia sur lesquels l'exposition Gastinel a appelé l'attention et donc à faire comprendre aux petits Français que les petits Romains avaient une vie réelle, des parents, un domicile, un milieu social à fréquenter. La tentative en ce sens n'est pas nouvelle. Depuis bien des années déjà ont paru des livres destinés à initier les élèves à ces détails, manuels dérivés du dictionnaire de Daremberg et Saglio ou recueils de textes empruntés aux Latins eux-mêmes. Ces derniers n'ont pas et ne pouvaient avoir les avantages attendus. Même lorsqu'ils traitent occasionnellement du vêtement, du logement, des monuments, etc.... Cicéron ou Tite-Live le font en écrivains épris d'idées générales et d'effets esthétiques, et les jeunes esprits ont peu à gagner au contact de techniciens plus précis comme Caton ou Vitruve.

J'ai essayé de présenter ces realia aux élèves dans une phrase simple, tellement simple que toute subordination, ou peu s'en faut, en est exclue, mais latine cependant, c'est-à-dire utilisant des tournures, des constructions et des mots latins de la bonne époque. Car à côté de la connaissance des realia, ce livre poursuit celle de la langue. Cependant ce n'est pas à la

*mémoire laborieuse qu'il fait appeler avant tout. On sait l'importance attachée par l'éducation moderne à l'acquisition des réflexes. Le défaut général de l'enseignement actuel du latin est de ne pas s'y appliquer et de laisser les élèves dans la dépendance presque exclusive de souvenirs paresseux et de connaissances grammaticales vacillantes. L'acquisition du réflexe dépend en grande partie de la répétition, mais d'une répétition qui ne soit ni monotone ni ennuyeuse. Cette considération a inspiré l'invention des parties intitulées « jeux ». On y trouvera des phrases « à tiroirs », dans lesquelles une donnée peut se prolonger indéfiniment par l'addition de nouveaux éléments; des phrases « à répliques », offrant l'idée à l'endroit, puis à l'envers et se variant par diverses combinaisons; des séries de prononciation difficile, faisant appel à l'effort des organes vocaux; de petites cantates psalmodiées avec soli et chœurs, etc..., la forme dramatique contribuant partout à tenir la classe en éveil.*

*L'important, pour utiliser cette partie, sera de la prendre pour ce qu'elle est : un jeu, dans lequel les élèves auront pour objet principal d'éviter de donner des « gages » aux censeurs, puis de les racheter. La vie et la rapidité sont pour cela nécessaires. La forme et les éléments de la phrase latine — bien prononcée, c'est la grande condition du succès — pénétreront sournoisement dans les mémoires par l'intermédiaire de la demi-conscience, tandis que les bouches s'habitueront à la manier au profit d'un tout autre objet.*

*Pour tirer parti de ce livre, il faudra que le professeur le rende facile et agréable aux élèves. Chaque chapitre commence par une section du petit roman de Lucius et Quintus qui devra être lue rapidement, avec ou sans l'aide du professeur et du vocabulaire, plutôt deux ou trois fois sans arrêt qu'une seule avec des explications trop appesanties. L'élève apprendra par cœur, au moins à peu près, ce petit morceau, mais non*

*pas le vocabulaire, qui doit rester un simple auxiliaire. Après ces préliminaires, le professeur organisera quelque jeu, soit ceux qui sont indiqués, soit d'autres inspirés par sa propre imagination, ou mieux encore par celle de ses élèves dirigée et rectifiée par lui. Cet effort devra avoir pour effet l'acquisition de la plus grande partie des vocabulaires. L'élève saura donc ainsi manier près de 1 500 mots, ce qui ne représente pas un médiocre profit. Deux recommandations seulement : bien prononcer toutes les syllabes, surtout les finales, et respecter scrupuleusement la construction ; à ce prix est l'acquisition des tournures élémentaires et d'un premier germe de latinité.*

*Après les jeux et l'opération des censeurs, pour laquelle il sera bon aussi que l'initiative du professeur et des écoliers complète les indications données dans le livre, le professeur posera quelques questions, contenues dans chaque chapitre et pouvant aussi être complétées, afin d'obtenir des élèves une réplique du petit récit, légèrement changé de forme. Chaque chapitre se termine par l'indication d'un « discours latin » en miniature — six à sept lignes au grand maximum — lequel vise également à amener l'enfant à l'expression d'une pensée latine, rudimentaire, il est vrai, mais qui n'aït pas eu besoin de revêtir auparavant la forme française.*

*Les vocabulaires et lexiques ne sont pas destinés à remplacer un dictionnaire. Ils ne représentent qu'un secours à la portée de la main destiné à faciliter la rapidité du travail, élément principal du succès.*

*J'adresse tous mes remerciements à Mlle H. Pétré qui, par une révision aussi judicieuse que compétente, a grandement contribué à la mise au point de ce petit volume.*



CHAPITRE PREMIER  
QUINTUS ROMAM ADVENIT

Julio mense, Quintus P. f. Atratinus<sup>1</sup> a Patavio Romam venit ad amicum suum Lucium et in domo ejus patris Cornelii devertit. Feriae erant et ludi magistri omnes scholas clauserant. Toto die colloqui, ludere, per vias ambulare eis licebat. Quare Lucius amicum cum magno gaudio excepit. Quintus e rheda cum paedagogo suo jam descendenterat et Lucius, statim eum complexus, dixit : « Have, Quinte; peropportune advenis; pater meus et mater mea te exspectant et jam cubiculum tibi paratum est : veni et vide. »

<sup>1.</sup> Quintus Atratinus, fils de Publius.

## VOCABULAIRE 1

- a, ab*, prép. (abl.) : de (éloignement), à partir de.
- ad*, prép. (acc.) : à, vers, pour.
- advenio*, -*is*, -*ni*, -*ntum*, -*ire*, intr. : arriver.
- ambulo*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, intr. : se promener.
- amicus*, -*i*, m. : ami.
- cludo*, -*is*, -*usi*, -*usum*, -*ere*, tr. : fermer.
- colloquor*, -*eris*, -*locutus sum*, -*qui*, dép. intr. : s'entretenir avec.
- complector*, -*eris*, -*plexus sum*, -*lecti*, dép. tr. : embrasser.
- cubiculum*, -*i*, n. : chambre à coucher.
- cum*, prép. (abl.) : avec.
- descendo*, -*is*, -*di*, -*nsum*, -*ere*, intr. : descendre.
- deverto*, -*is*, -*ti*, -*rsum*, -*ere*, intr. : aller loger chez quelqu'un.
- dico*, -*is*, *dixi*, -*ctum*, -*ere*, tr. : dire.
- dies*, -*ei*, m. : jour.
- domus*, -*us*, ou -*i*, f. : maison.
- e, ex*, prép. (abl.) : de (sortie).
- et*, conj. : et.
- excipio*, -*is*, -*cepi*, -*ptum*, -*ere*, tr. : recevoir.
- exspecto*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : attendre.
- feriae*, -*arum*, f. pl. : vacances.
- gaudium*, -*ii*, n. : joie.
- have* : salut !
- in*, prép. (acc. et abl.) : dans, sur, contre.
- is, ea, id*, pr. adj. : ce, celui-ci.
- iam*, adv. : à ce moment.
- Julius* (-*ii*) *mensis* (-*is*), m. : Juillet.
- licet*, -*cuit*, -*ere*, impers. : être permis ou possible.
- ludi magister*, -*tri*, m. : maître d'école pour les débutants.
- ludo*, -*is*, *lusi*, *lusum*, -*ere*, intr. : jouer.
- magnus*, -*a*, *um* : grand.
- mater*, -*tris*, f. : mère.
- meus*, -*a*, -*um* : mon, le mien.
- omnis*, -*e* : tout, tous.
- paedagogus*, -*i*, m. : accompagnateur.
- paro*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : préparer, se préparer à.
- Patavium*, -*ii*, n. : Padoue.
- pater*, -*tris*, m. : père.
- per*, prép. (acc.) : par le moyen de, pendant, à travers.
- peropportune*, adv. : à propos.
- possum*, *potes*, *potui*, *posse*, tr. : pouvoir.
- quare*, conj. : c'est pourquoi.
- rheda*, -*ae*, f. : char de voyage.
- schola*, -*ae*, f. : école.
- statim*, adv. : sur-le-champ.
- sum*, *es*, *fui*, *esse*, intr. : être.
- suis*, -*a*, -*um* : son, le sien ; les siens (personnes de la famille).
- totus*, -*a*, -*um* : entier.
- tu*, *tui*, pron. : tu, toi.
- venio*, -*is*, -*ni*, -*ntum*, -*ire*, intr. : venir.
- via*, -*ae*, f. : route, rue.
- video*, -*es*, *vidi*, *visum*, -*ere*, tr. : voir.

*Trois censeurs sont nommés pour la surveillance, ce qui se répètera à chaque leçon; le jeu a lieu ensuite; les censeurs comptent les fautes, reçoivent les gages et imposent les amendes.*

### JEUX

*Les élèves se posent mutuellement les questions suivantes. Remarque concernant tous les chapitres : les indications D. R. indiquent moins une demande et une réponse qu'un changement d'interlocuteur.*

I. — D. : Quis feriis gaudet? — R. : Pigri et impigri discipuli. — D. : Cur pigri discipuli? — R. : Quod laborem oderunt. — D. : Cur impigri? — R. : Quod labore fatigati sunt. — D. : Quis feriis gaudet, etc....

II. — D. : Feriarum tempore scholae clausae sunt. — R. : Sed non tabernae. — D. : Feriarum tempore tabernae clausae non sunt. — R. : Ergo sunt apertae. — D. : Feriarum tempore ergo tabernae apertae sunt. — R. : Sed non scholae. — D. : Feriarum tempore scholae, etc....

III. — D. : Lucius amicum cum gaudio exceptit. — R. : Et Quintus cum gaudio advenit. — D. : Sed cum dolore abibit. — R. : Et cum dolore Lucius eum dimittet. — D. : Lucius amicum, etc....

*Modèle de la censure, donné une fois pour toutes :*

### CENSURA

Censor : Tu ter peccasti; tria pignora a te capio; pone pignora. Tu, etc... (*Voir les adjectifs et adverbes numéraux p. 126*). Puis : Ut pignora recipias :

Dic tria nomina in -a desinentia;

His nominibus : via; domus; rheda, adjectivum appone;

Dic ter : Quintus de rheda descendit Luciusque eum complexus est.

## QUESTIONNAIRE

**Ex qua urbe Quintus adveniebat?**  
**Quis Quintum comitabatur?**  
**Quis eum excepit?**

## VOCABULAIRE 2

- abeo, -is, -bii, abitum, -ire, impiger, -gra, -grum* : travailleur.  
 intr. : s'en aller.
- adjectivum, -i, n.* : adjectif.
- aperio, -is, -rui, -ertum, -ire, tr.* : découvrir, ouvrir.
- appono, -is, -posui, -positum, -ere,* tr. : ajouter, servir (à table).
- capio, -is, cepi, captum, -ere,* tr. : prendre.
- comitor, -aris, -atus sum, -ari,* dép. tr. : accompagner.
- cur, adv.* : pourquoi?
- desino, -is, -sii, -itum, -ere,* intr. : se terminer.
- dimitto, -is, -isi, -issum, -ere,* tr. : donner congé, dire adieu.
- discipulus, -i, m.* : élève.
- dolor, -ris, m.* : douleur.
- ergo, conj.* : donc.
- fatigo, -as, -avi, -atum, -are, tr.* : fatiguer.
- gaudeo, -es, gavisus sum, -ere,* intr. : se réjouir de, aimer à.
- labor, -oris, m.* : travail, fatigue, épreuve.
- nomen, -minis, n.* : nom.
- non, adv.* : ne ... pas.
- odi, odisse, tr.* défectif : haïr.
- pecco, -as, -avi, -atum, -are,* intr. : faire une faute.
- piger, -gra, -grum* : paresseux.
- pignus, -noris, n.* : gage.
- pono, -is, posui, positum, -ere,* tr. : placer, poser.
- que, conj.* : et.
- quis, quid, pron.* inter. : qui? quoi? lequel?
- quod, conj.* : de ce que, parce que.
- recipio, -is, -cepi, -ceptum, -ere,* tr. : recouvrer, recevoir.
- sed, conj.* : mais.
- taberna, -ae, f.* : boutique.
- tempus, -poris, n.* : temps (durée).
- ut, conj.* : afin que.

## RÉDACTION

Julia venit à Tarento et Marcellam invisit.

## VOCABULAIRE 3

- aestas, -atis, f.* : été.
- autem, conj.* : mais.
- do, das, dedi, datum, dare, tr.* : donner.
- imber, -bris, m.* : pluie.
- inviso, -is, -visi, -visum, -ere,* tr. : rendre visite.
- Tarentum, -i, n.* : Tarente.



## CHAPITRE II

## LUCIUS QUINTO PATRIS SUI ATRIUM MONSTRAT

Lucii pater dives erat et magnas Romae possidebat aedes. Postquam Quintus advenit, Lucius eum in atrio sedere jussit, quod factum est, et parumper, de via lassus, Quintus quievit. In medio atrio, ut adsolet, impluvium erat, in quod de tecto per compluvium aqua colligebatur. Quintus eam conspexit et : « Quam pura est, inquit, haec aqua! In domo nostra nigram et pulverulentam habemus. » Et Lucius : « Non tota pura est, nam de tecto defluit; sed alia, quae ex aquae ductibus venit, sordidam ad Cloacam Maximam verrit. Nam Romae Aquam Virginem, Aquam Marciam aliasque habemus et Cloaca Maxima in proximo est. Sed resice te nonnullis placentis et ad cubiculum te ducam. »

## VOCABULAIRE 4

- adsolet*, impers : c'est l'habitude.  
*aedes*, -ium, f. pl. : maison.  
*alius*, -a, -ud : autre.  
*aqua*, -ae, f. : eau.  
*aquae ductus*, -us m. : aqueduc.  
*Aqua*, (-ae) *Marcia* (-ae) f. : l'Aqua Marcia, eau amenée par un aqueduc.  
*Aqua(-ae) Virgo(-ginis)*, f. : l'Aqua Virgo, amenée de même.  
*atrium*, -ii, n. : atrium, partie de la maison romaine donnant accès aux appartements de réception.  
*Cloaca Maxima*, f. : la Cloaca Maxima, égout majeur débouchant dans le Tibre.  
*colligo*, -is, -legi, -lectum, -ere, tr. : recueillir.  
*compluvium*, -ii, n. : compluvium, ouverture du toit correspondant à l'impluvium.  
*conspiciō*, -is, -spexi, -spectum, -ere, tr. : apercevoir.  
*de*, prép. (abl.) : de, du haut de, à cause de, au sujet de.  
*defluo*, -is, -fluxi, -ere, intr. : couler.  
*dives*, -vitis, adj. : riche.  
*duco*, -is, duxi, ductum, -ere, tr. : conduire.  
*facio*, -is, feci, -ctum, -ere, tr. : faire.  
*habeo*, -es, -bui, -bitum, -ere, tr. : avoir.  
*hic*, *haec*, *hoc* : ce, celui-ci.  
*impluvium*, -ii, n. : impluvium, bassin central de l'atrium.
- in proximo*, loc. adv. : dans le voisinage.  
*inquit* : dit-il.  
*jubeo*, -es, jussi, jussum, -ere, tr. : ordonner, inviter.  
*lassus*, -a, -um ; fatigué.  
*medius*, -a, -um : pris en son milieu.  
*monstro*, -as, -avi, -atum, -are, tr. : montrer.  
*nam*, conj. : car.  
*niger*, -gra, -grum : noir.  
*nonnullus*, -a, -um : quelque.  
*noster*, -tra, -trum : notre, le nôtre.  
*parumper*, adv. : quelque temps.  
*placenta*, -ae, f. : gâteau.  
*possideo*, -es, -sedi, -sessum, -ere, tr. : posséder.  
*postquam*, conj. : après que.  
*pulverulentus*, -a, -um : poussiéreux.  
*purus*, -a, -um : pur, uni.  
*quam*, adv. : que, combien.  
*qui*, *quae*, *quod*, pron. rel. : qui.  
*quiesco*, -is, quievi, quietum, -ere, intr. : se reposer.  
*reficio*, -is, -feci, -fectum, -ere, tr. : refaire.  
*sedeo*, -es, sedi, sessum, -ere, intr. : être assis.  
*sordidus*, -a, -um : malpropre.  
*tectum*, -i, n. : toit, bâtiment couvert.  
*ut*, adv. ou conj. : comme, lorsque, ainsi que.  
*verro*, -is, versum, -ere, tr. : balayer.

**JEUX**

*Les phrases suivantes sont écrites au tableau : deux élèves les lisent d'une voix nette, elles sont effacées et les autres les répètent :*

I. — Roma in Italia est; Romae Cornelii aedes sunt; in aedibus Cornelii atrium est; in atrio impluvium est; in impluvio aqua est; in aqua pisces sunt; in piscibus squamae sunt; in squamis pulchri colores sunt.

II. — Aedes Cornelium et suos tegunt; atrium Cornelio et suis lucem dat; impluvium imbræ excipit; aqua pisces fert; pisces squamas habent; squamae pisces vestiunt; pulchri colores squamas ornant.

III. — D. : Atrium frigidum est et amoenum; ibi pulchri pisces in impluvio sunt; in atrio sedeo. pisces video. — R. ; Si atrium non frigidum esset et amoenum, in atrio non sederem. — D. : Si pulchri pisces in impluvio non essent, pisces non viderem. — R. : Sed atrium frigidum est, etc...

**CENSURA**

Censor : Tu, etc...

Ut pignora recipias, responde :

Qua re vestiuntur pisces? qua re vestiuntur aves? qua re vestiuntur leones?... etc...

Dic : Non piscibus pellis est, non avibus; leonibus autem non squamae sunt, non pennae.

Dic : Pulchris piscibus non pennae sunt, non pellis.

## QUESTIONNAIRE

Quo loco pueri sederunt?  
 Quid in medio atrio erat?  
 Quid impluvium excipiebat?  
 Cur aestate amoenum atrium erat?

## VOCABULAIRE 5

<i>amoenus, -a, -um</i>	: agréable.	<i>penna, -ae, f.</i>	: plume.
<i>avis, -is, f.</i>	: oiseau, poule.	<i>piscis, -is, m.</i>	: poisson.
<i>color, -oris, m.</i>	: couleur.	<i>pulcher, -chra, -chrum</i>	: beau.
<i>fero, fers, tuli, latum, ferre, tr.</i>	: porter.	<i>respondeo, es, -di, -nsum, -ere,</i>	tr. : répondre.
<i>frigidus, -a, -um</i>	: frais, froid.	<i>squama, -ae, f.</i>	: écaille.
<i>leo, -onis, m.</i>	: lion.	<i>tego, -is, texi, tectum, -ere, tr.</i>	: couvrir.
<i>lux, lucis, f.</i>	: lumière.	<i>vestio, -is, -ivi, -itum, -ire, tr.</i>	: vêtir.
<i>orno, -as, -avi, -atum, -are, tr.</i>	: orner, parer.		
<i>pellis, -is, f.</i>	: fourrure, peau de bête.		

## RÉDACTION

Quintus, postquam Patavium reversus est, quae in Cornelii atrio vidit matri suae explicat.

## VOCABULAIRE 6

<i>columna, -ae, f.</i>	: colonne.	<i>revertor, -eris, reversus sum, -ri,</i>
<i>defendo, -is, -di, -nsum, -ere, tr.</i>	: éloigner (défendre contre).	dép. intr. : revenir.
<i>explico, -as, -cui, -citum, -are,</i>	tr. : déployer, expliquer.	<i>statua, -ae, f.</i> : statue.
<i>fultus, -a, -um</i>	: appuyé sur.	<i>umbra, -ae, f.</i> : ombre.
<i>mensa, -ae, f.</i>	: table.	<i>velum, -i, n.</i> : voile (servant à voiler).



## CHAPITRE III

## QUINTUS CORNELII BIBLIOTHECAM INVISIT

Pueri surrexerunt et per porticum, columnis fultam, circa atrium flexerunt foresque Lucius aperuit. « Hic, inquit, bibliothecam vides. Nidi totos parietes vestiunt. In singulis nidis vides volumina, e quibus pendent librorum tituli. Si quis legere vult, librum optatum invenire potest. » Et Quintus : « Meus pater bibliothecam habet, sed minor est quam ea et libri non tam multi sunt. Hicne sunt tui libri, Luci? » — Sunt : in hoc nido, laeva parte, vides Vergilii carmina, Ciceronis orationes multaque alia. Sed mei libri non chartei sunt neque formam voluminum habent; e scidis pergamenis consutis sunt facti; sic difficilius lacerantur. »

## VOCABULAIRE 7

- armarium, -ii*, n. : armoire.
- bibliotheca, -ae*, f. : bibliothèque.
- carmen, -minis*, n. : poème, chant.
- charteus, -ea, -eum* : fait de papirus, papier fabriqué avec le roseau appelé papyrus.
- Cicero, -onis*, m. : Cicéron.
- circa*, prép. (acc.) : autour de.
- consuo, -is, -ui, -utum, -ere*, tr. : coudre.
- difficilius*, adv. : plus difficilement.
- flexo, -is, flexi, flexum, -ere*, tr. et intr. : tourner.
- fores, -rium*, f. pl. : porte.
- forma, -ae*, f. : forme, plan.
- hic*, adv. : ici, alors.
- invenio, -is, -veni, -ventum, -ire*, tr. : trouver.
- lacero, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : déchirer.
- laevus, -a, -um* : gauche.
- lego, -is, legi, lectum, -ere*, tr. : lire, choisir, recueillir.
- liber, -bri*, m. : livre.
- minor, -nus* : plus petit.
- multus, -a, -um* : nombreux.
- ne* : est-ce que?
- neque* : ni, et... ne pas.
- nidus, -i*, m. : nid, casier (destiné à recevoir les livres dans les librairies et les bibliothèques).
- opto, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : souhaiter.
- oratio, -onis*, f. : discours.
- paries, -etis*, m. : cloison, mur de maison.
- pars, partis*, f. : partie.
- parvus, -a, -um* : petit.
- pendeo, -es, pependi, -ere*, intr. : être suspendu.
- pergamenus, -a, -um* : en parchemin.
- porticus, -us*, f. : portique.
- puer, -eri*, m. : enfant, jeune esclave.
- quis, quae, quid*, pr. ind. : quelle, quelqu'un.
- scida, -ae*, f. : page.
- si*, conj. : si.
- sic*, adv. : ainsi.
- singuli, -ae, -a* : chacun, un à un.
- surgo, -is, surrexi, surrectum, -ere*, intr. : se lever.
- tam*, adv. : autant, si.
- titulus, -i*, m. : inscription, enseigne (de magasin).
- tuus, -a, -um* : ton, le tien.
- Vergilius, -ii*, m. : Virgile.
- voco, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : appeler.
- volo, vis, volui, velle*, tr. : vouloir.
- volumen, -minis*, n. : rouleau, livre.

## JEUX

I. — D. : Volo legere; quid faciam? — R. : In bibliothecam ibis. — D. : Quid postea? — R. Nidos inspicies. — D. Quid postea? — R. : Titulos pendentes leges. — D. : Quid postea? — R. : Librum diliges. — D. : Quid postea? — R. : Volumen evolves.

II. — *La classe entière en chœur* : Ergo qui legere vult in bibliothecam it, nidos inspicit, titulos pendentes legit, librum diligit, volumen evolvit. — *Cette phrase est répétée tour à tour par chaque élève.*

III. — D. : Libri Latini prosa oratione scripta sunt, sed non omnes. — R. : Libri Latini carmina sunt, sed non omnes. — D. : Ego libros prosa oratione scriptos libertius lego, et tu carmina. — R. : Ego carmina libertius lego, et tu libros prosa oratione scriptos. — D. : Ego ergo et tu libros legimus, sed non eosdem. — R. : Nam libri Latini prosa oratione scripta sunt, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :

Quos scriptores Latinos novisti?

Qui ex eis carmina scripserunt?

Qui prosa oratione scripserunt?

Quid legis libertius, carmina an prosa oratione scripta?

## QUESTIONNAIRE

**Quot librorum genera veteres habebant?**

**Ex quo volumina fiebant?**

**Ex quo libri fiebant, qui eamdem formam habebant ac nostri.**

## VOCABULAIRE 8

*an* : ou.

*diligo*, -*is*, -*lexi*, -*lectum*, -*ere*, tr. : choisir, aimer.

*eo*, *is*, *ivi*, *itum*, *ire*, intr. : aller.

*evolvo*, -*is*, -*lvi*, -*lutum*, -*ere*, tr. : dérouler.

*fio*, *fis*, *factus sum*, *fieri* : être fait, devenir.

*genus*, -*neris*, n. : genre.

*idem*, *eadem*, *idem...* ac : le même... que.

*inspicio*, -*is*, -*spexi*, -*spectum*, -*ere*, tr. : regarder.

*Latinus*, -*a*, -*um* : latin.

*libentius*, adv. : plus volontiers.

*novi*, *novisti*, *novisse*, tr. déféctif : connaître.

*postea*, adv. : ensuite.

*prosa(-ae) oratio( onis)*, f. : prose. *quot*, indecl. : combien.

*scribo*, -*is*, *scripsi*, *scriptum*, -*ere*, tr. : écrire.

*scriptor*, -*oris*, m. : écrivain.

*vetus*, -*teris*, adj. : ancien, vieux.

## RÉDACTION

Lucii paedagogus discipuli sui libros numerat; Lucium vituperat quod quosdam maculavit et laceravit.

## VOCABULAIRE 9

*maculo*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : tacher.

*numero*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : compter.

*numero absum*, *abes*, *afui*, *abesse*, intr. : manquer.

*perdo*, -*is*, *perdidi*, *perditum*, -*ere*, tr. : perdre.

*quidam*, *quaedam*, *quoddam* : un certain.

*repono*, -*is*, -*posui*, -*positum*, -*ere*, tr. : replacer.

*vitupero*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : blâmer.



## CHAPITRE IV

## CORNELIUS, LUCII PATER, A CURIA REVERTITUR

Domus janua pulsata est, canis latravit, janitor aperuit. Postea in vestibulo calcei in pavimento sonuerunt et Cornelius in atrium intravit. Et Lucius : « Have, inquit, pater. » Quintus erubuit et tacuit. Sed Cornelius eum animum advertit et, amplexus, dixit : « Have, Quinte, non me antea vidisti, quod in curia sero fui. Senatum frequentem habuimus et de magnis rebus actum est; multi senatores, consulares praetorii, verba fecerunt. Post occasum solis tantum senatus dimissus est. Nunc discumbamus, nam omnes esurimus. Post cenam, cubitum ibis et totam noctem dormies. »

## VOCABULAIRE 10

*ago, -is, egi, actum. -ere, tr. :* pousser, faire, traiter, passer (le temps).  
*amplector, -eris, -plexus sum, -pecti, dép. tr. :* embrasser.  
*animum adervo, -is, -ti, -rsum, -eré, tr. :* remarquer.  
*antea, adv. :* auparavant.  
*calceus, -i, m. :* chaussure.  
*canis, -is, m. et f. :* chien.  
*cena, -ae, f. :* repas du soir.  
*consularis, -is, m. :* consulaire, sénateur qui a été consul.  
*cubitum eo, is, ivi, itum, ire, intr. :* aller se coucher.  
*curia, -ae, f. :* curie, lieu où se réunissait le sénat.  
*discumbo, -is, -cubui, -cubitum, -ere, intr. :* se mettre à table (les Romains prenaient leurs repas sur des lits).  
*dormio, -is, -ivi, -itum, -ire, intr. :* dormir.  
*erubesco, -is, -bui, -ere, intr. :* rougir.  
*esurio, -is, -rii, -ire, intr. :* avoir faim.  
*frequens, -ntis, adj. :* nombreux, au complet.

*intro, -as, -avi, -atum, -are, intr. :* entrer.  
*janitor, -oris, m. :* portier.  
*janua, -ae, f. :* porte donnant sur la rue.  
*latro, -as, -avi, -atum, -are, intr. :* aboyer.  
*nox, noctis. f. :* nuit.  
*nunc, adv. :* à présent.  
*occasus, -us, m. :* coucher.  
*pavimentum, -i, n. :* pavé.  
*post, prép. (acc.) :* après.  
*praetorius, -ii, m. :* sénateur prétorien, ancien préteur.  
*pulso, -as, -avi, -atum, -are, tr. :* heurter, pousser.  
*res, rei, f. :* chose, affaire.  
*senator, -oris, m. :* sénateur.  
*senatus, -us, m. :* sénat.  
*sero, adv. :* tard.  
*sol, solis, m. :* soleil.  
*sono, -as, -nui, -nitum, -are, intr. :* résonner.  
*taceo, -es, -cui, -citum, -ere, intr. :* rester silencieux.  
*tantum, adv. :* autant, seulement.  
*verba facio, -is, feci, factum, -ere :* discourir, prendre la parole.  
*vestibulum, -i, n. :* vestibule.

## JEUX

I. — D. : Quo senatores conveniebant? — R. : In curiam.  
 — D. : Quid est praetorius? — R. : Senator qui praetor fuit.  
 — D. : Quid consularis? — R. : Senator qui consul fuit.  
 — D. : Igitur omnes in curiam senatores conveniebant? — R. : Omnes.  
 — D. : Ibi praetorii et consulares erant? — R. : Praetorii et consulares.  
 — D. : Sed consulares digniores erant quam praetorii? — R. : Digniores.  
 — D. : Et praetorii minus digni quam consulares? — R. : Minus digni.  
 — D. : Quo senatores, etc....

II. — D. : Cave canem; nam canis saevus est; crus tuum mordere potest. — D. : Caveo canem; nam canis saevus est; crus meum mordere potest. — R. : Mentiris; canem non caveo; nam canis non saevus est; crus meum non mordebit.  
 — D. : Cave canem, etc....

III. — D. : Esurimus, discumbamus; post cenam cubitum ibimus. — R. : Puer contumax dicit : non esurio, non discumbam, post cenam non cubitum ibo. — D. : Esurimus, discumbamus; post cenam cubitum ibimus. — R. : Puer modestus dicit : esurio, discumbam; post cenam cubitum ibo. — D. : Esurimus, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias :

Dic mihi contumacis et modesti pueri responsa.

Ad haec responde :

Quando Quintus advenit, ubi erat Lucius? ubi ejus pater?

## QUESTIONNAIRE

Quis januam aperuit?  
 Quibus verbis Lucius patrem salutavit?  
 Cur domi Cornelius non erat quando Quintus advenit?  
 Cur illo die senatus sero dimissus est?  
 Quo post cenam Quintus iit?

## VOCABULAIRE 11

<i>caveo, -es, -i, cautum, -ere, tr.</i> :	<i>minus, adv.</i> : moins.
prendre garde.	<i>modestus, -a, -um</i> : bien élevé, sage.
<i>contumax, -acis, adj.</i> : entêté.	<i>mordeo, -es, momordi, morsum,</i> <i>mordere, tr.</i> : mordre.
<i>convenio, -is, -veni, -ventum, -ire,</i> intr. : se réunir.	<i>quando, adv.</i> : quand.
<i>crus, -uris, n.</i> : jambe.	<i>quo, adv.</i> : où (l'on va).
<i>dignus, -a, -um</i> : digne.	<i>responsum, -i, n.</i> : réponse.
<i>ibi, adv.</i> : ici, là (où l'on est).	<i>saevus, -a, -um</i> : cruel, méchant.
<i>igitur, conj.</i> : donc.	<i>saluto, -as, -avi, -atum, -are, tr.</i> : saluer.
<i>mentior, -iris, -itus sum, -iri,</i> dép. intr. : mentir.	

## RÉDACTION

Minicia, Lucii mater, a Dianaë templo redit; templum a Cornelii acdibus non procul erat, nam in Aventino Monte jacebat; sed magna multitudo populi eentes impediebat.

## VOCABULAIRE 12

<i>Aventinus, (-i) Mons (-ntis), m.</i> :	<i>non procul, adv.</i> : à courte distance.
l'Aventin.	
<i>clivus, -i, m.</i> : rue en pente.	<i>populus, -i, m.</i> : peuple, public.
<i>Diana, -ae, f.</i> : Diane.	<i>redeo, -is, -dii, -ditum, -ire,</i> tr. : revenir.
<i>dies (-ei) festus (-i), m.</i> : fête.	<i>sacerdos, -otis, m. et f.</i> : prêtre.
<i>impedio, -is, -ivi, -itum, -ire,</i> tr. : gêner.	<i>sacrum facio, -is, feci, factum,</i> -ere, tr. : faire un sacrifice.
<i>jaceo, -es, -cui, -ere, intr.</i> : s'étendre.	<i>serta, -orum, n. pl.</i> : guirlandes.
<i>multitudo, -dinis, f.</i> : foule.	<i>templum, -i, n.</i> : temple.



## CHAPITRE V

## A SYRA NUTRICE LUCIUS FABULAM EXIGIT

In domo Cornelii, Syra, Lucii nutrix, remanserat et is  
eam eximie diligebat, libentissime cum ea colloquebatur.  
Illa autem, ut anuum natura fert, multas narrabat fabulas.  
Quare Lucius : « Mihi, Syra, amabo, et Quinto, ex istis pul-  
cherimis fabulis quas nosti, unam narra. » Sed Syra in tri-  
vium ibat, ut e fonte aquam hauriret, nam prandii hora  
appropinquabat. « Aquam, inquit, e fonte hauriam; postea  
olera emam et coquo tradam. Tunc una hora reliqua erit  
antequam pater tuus, Luci, reversus erit, et vobis de praec-  
claro deo, Jove Optimo Maximo, fabulam narrabo. Ibo et  
brevi revertar. In peristylo, in lauri umbra, adsidite et  
quietem agite, donec veniam. »

## VOCABULAIRE 13

*adsido, -is, -sedi, -sessum, -ere,*  
intr.: s'asseoir, prendre place.

*amabo : s'il te plaît.*

*antequam, conj. : avant que.*

*anus, -us, f. : vieille femme.*

*appropinquo, -as, -avi, -atum, -are,* intr. : approcher.

*brevi, adv. : bientôt.*

*coquus, -ui, m. : cuisinier.*

*deus, -i, m. et dea, -ae, f. : dieu, déesse.*

*donec, conj. : jusqu'à ce que.*

*ego, mei, pron. : je, moi.*

*emo, -is, emi, emptum, -ere, tr. : acheter.*

*exigo, -is, exegi, exactum, -ere, tr. : obtenir.*

*eximie, adv. : extraordinairement.*

*fabula, -ae, f. : histoire.*

*fons, -ntis, m. : source, fontaine.*

*haurio, -is, hausi, haustum, -ire, tr. : puiser.*

*hodie, adv. : aujourd'hui.*

*hora, -ae, f. : heure.*

*ille, -a, -ud, pr. adj. : ce, celui-là.*

*iste, -a, -ud, pr. adj. : ce, celui (qui te concerne).*

*Juppiter, Jovis, m. : Jupiter.*

*laurus, -i, f. : laurier.*

*libentissime, adv. : très volontiers.*

*narro, -as, -avi, -atum, -are, tr. : raconter.*

*nutrix, -tricis, f. : nourrice.*

*olus, -eris, n. : légume.*

*optimus, -a, -um : très bon.*

*peristylum, -i, n. : péristyle, cour entourée de colonnes formant le centre de la partie postérieure de la maison romaine.*

*praeclarus, -a, -um : illustre.*

*prandium, -ii, n. : repas du jour.*

*quietem ago, -is, egi, agere : se tenir tranquille.*

*reliquus, -ua, -uum : de reste.*

*remaneo, -es, -mansi, -mansum, -ere, intr. : rester.*

*trado, -is, -didi, -ditum, -ere, tr. : remettre, rapporter.*

*trivium, -ii, n. : croisée de rues.*

*tunc, adv. : alors.*

*umbra, -ae, f. : ombre.*

*unus, -a, -um : un, un seul.*

*ut anuum natura fert; comme il est naturel aux vieilles femmes.*

*vos, vestri, pron. : vous.*

## JEUX

I. — *Ces trois phrases seront répétées sans faute par trois élèves successifs et le jeu fera le tour de la classe :*

Syra dicit : Situlam habeo, in trivium eo, e fonte aquam hauriam, ad cenam afferam.

Lucius dicit : Situlam pone, noli in trivium ire, noli e fonte aquam haurire, aqua ad cenam non opus est.

Quintus dicit : Stultus es, Luci : Syra situlam non ponet, in trivium ibit, e fonte aquam hauriet, ad cenam afferet.

II. — D. : Impluviumne in Cornelii domo est? — R. Est. — D. Aquane in impluvio est? — R. : Est. — D. : Cur Syra e trvio aquam petit? — R. : Quod impluvii aqua sordida est. — D. : Impluvium tamen in Cornelii domo est? etc....

III. — D. : Haurire aquam meum munus est. — R. : Agere quietem nostrum munus est. — D. : Meo munere fungar. — R. : Nostro munere fungemur. — D. : Aquam ergo hauriam. — R. : Quietem ergo agemus. — D. : Haurire aquam, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias, responde :

Dic mihi omnia adverbia de tempore quae novisti.

Ubi fons situs erat?

Cur Syra ex atrii lacu non hauriebat?

## QUESTIONNAIRE

Quod nomen Lucii nutrici erat?  
 Cur eam diligebat?  
 Quid libenter anus faciunt?  
 Syrane nonnullis muneribus fungebatur?  
 Quid erat in peristylo?

## VOCABULAIRE 14

<i>adverbium, -ii</i> n. : adverbe.	<i>opus est</i> : on a besoin.
<i>affero, affers, attuli, allatum,</i> <i>afferre</i> , tr. : apporter.	<i>peto, -is, -tii, -titum, -ere</i> , tr. : gagner, viser, aller chercher, demander, attaquer.
<i>fungor, -eris, functus sum, fungi,</i> dép. intr. : s'acquitter de.	<i>qui, quae, quod</i> , adj. inter. : quel? lequel?
<i>lacus, -us</i> , m. : bassin.	<i>situla, ae</i> , f. : seau.
<i>libenter</i> , adv. : volontiers.	<i>situs, -a, -um</i> : situé.
<i>munus, -neris</i> , n. : fonction.	<i>stultus, -a, -um</i> : fou.
<i>noli... haurire</i> : ne puise pas.	
<i>noli... ire</i> : ne va pas.	

## RÉDACTION

Syra pueros in peristylo colloquentes videt et pulchram fabulam eis promittit; sed Cornelius advenit et statim discubere cum uxore et pueris vult.

## VOCABULAIRE 15

<i>de meridie</i> , loc. adv. : pendant l'après-midi.	<i>negotium, -ii</i> , n. : affaire.
<i>difficilis, -e</i> : difficile.	<i>promitto, -is, -misi, -missum,</i> -ere, tr. : promettre.
<i>exo, -is, exii, exitum, exire</i> , intr. : sortir.	<i>tandem</i> , adv. : enfin.
<i>maturius</i> , adv. : plus tôt.	<i>uxor, -oris</i> , f. : femme.



CHAPITRE VI  
JUPPITER SATURNUM REGNO PELLIT

Postquam Syra domum redierat, sic exorsa est : « Rex olim omnium deorum Saturnus vocabatur; crudelissimus erat et etiam crudelior quam universi homines. Nam liberos, ubi primum in lucem erant editi, vorabat. De qua re Rhea, ejus uxor, dolebat et saepius liberos servare conata est. Tandem Jovem edidit et pro eo lapidem Saturno dedit et Jovem in Creta insula occultavit. Ibi Rheae sacerdotes circa eum stabant, cantantes et cymbala quatientes. Sic Saturnus ejus vagitus non exaudiebat. Juppiter nutricem capram, Amaltheam nomine, habuit. Haec ejus ori mammae admovebat, lingua eum lambebat. Sic Juppiter adolevit et, postquam robustus factus est, Saturnum occidit et ejus loco regnavit. Sed patrem tuum, Luci, januam pulsantem audio. Ite et eum salutate. »

## VOCABULAIRE 16

- admoveo, es, -vi, -motum, -ere,* tr. : approcher.
- adolesco, -is, -levi, adulturn, -ere,* intr. : grandir.
- Amalthea, -eae, f. :* Amalthée.
- audio, -is, -ii, -itum, -ire,* tr. : entendre, apprendre.
- canto, -as, -avi, -atum, -are,* intr. : chanter.
- capra, -ae, f. :* chèvre.
- conor, -aris, -atus sum, -ari,* dép. tr. : s'efforcer de.
- Creta, -ae, f. :* la Crète.
- crudelis, -e :* cruel.
- cymbalum, -i,* n. : cymbale.
- doleo, -es, -lui, -ere,* intr. : souffrir.
- enim, conj. :* car.
- etiam, adv. :* même, aussi.
- exaudio, -is, -dii, -itum, -ire,* tr. : entendre.
- exordior, -diris, exorsus sum, -iri,* dep. tr. : commencer, s'élever.
- homo, -minis,* m. : homme.
- in lucem edo, -is, -didi, -itum, -ere,* tr. : mettre au monde.
- insula, -ae, f. :* île.
- lambo, -ere,* tr. : lécher.
- lapis, -idis,* m. : pierre.
- liberi, -orum,* m. pl. : les enfants, la famille.
- lingua, -ae, f. :* langue.
- loco :* à la place de.
- mamma, -ae,* f. : mamelle.
- nutrio, -is, -ivi, -itum, -ire,* tr. : nourrir.
- occido, -is, -di -isum, -ere,* tr. : tuer.
- occulto, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : cacher.
- olim, adv. :* jadis, un jour.
- os, oris, n. :* visage, bouche.
- pro, prép. (abl.) :* pour, à la place de, en proportion de.
- quatio, -is, quassum, -ere,* tr. : frapper.
- regno, -as, -avi, -atum, -are,* intr. : régner.
- regnūm, -i,* n. : royaume, royaute.
- rex, regis,* m. : roi.
- robustus, -a, -um :* robuste.
- saepius, adv. comparat. :* plus d'une fois.
- servo, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : sauver, conserver.
- sto, stas, steti, statum, stare,* intr. : se dresser, se tenir debout.
- ubi primum* adv. : dès que.
- universi, -ae, -a :* tous.
- vagitus, -us,* m. : cris d'enfants.
- voro, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : dévorer.

## JEUX

I. — D. : Sic hanc fabulam interpretari possumus :  
 Saturnus tempus est, quod quae creavit vorat. Creavit ver. —  
 R. : Ergo vorabit, ver vorabitur. — D. : Creavit aestatem. —  
 R. : Ergo vorabit, aestas vorabitur. — D. : Creavit hiemem.  
 — R. : Ergo vorabit, hiems vorabitur. — D. : Creavit autumnum. — R. : Ergo vorabit, autumnus vorabitur. — D. : Creavit annum. — R. : Ergo vorabit, annus vorabitur, etc....

II. — Rhea terra est, quae quod creatum est alit et servat.  
 D. : Rhea homines servat. — R. : Ergo homines servantur. —  
 D. : Rhea feras servat. — R. : Ergo ferae servantur. —  
 D. : Rhea pecudes servat. — R. : Ergo pecudes servantur. —  
 D. : Rhea pecora servat. — R. : Ergo pecora servantur. —  
 D. : Rhea messes servat. — R. : Ergo messes servantur. —  
 D. : Rhea vites servat. — R. : Ergo vites servantur, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :  
 Quid Saturnus vorat?  
 Quid Rhea servat?  
 His nominibus appone adjективum : pecudes; pecora;  
 messes; vites.

## QUESTIONNAIRE

Quis, ut Juppiter, bestiam habuit nutricem?  
 Vidistine jam lupae pueros nutrientis imaginem?  
 Cur Rheae sacerdotes cymbalis et tympanis utebantur?

## VOCABULAIRE 17

<i>alo, -is, alui, alitum ou altum,</i>	<i>nebula, -ae, f. : brouillard.</i>
<i>-ere, tr. : nourrir, alimenter.</i>	<i>nix, nivis, f. : neige.</i>
<i>annus, -i, m. : année.</i>	<i>pecus, -coris, n. : troupeau.</i>
<i>autumnus, -i, m. : automne.</i>	<i>pecus, -cudis, f. : animal domes-</i>
<i>bestia, -ae, f. : bête.</i>	<i>tique.</i>
<i>creo, -as, -avi, -atum, -are, tr. :</i>	<i>procella, -ae, f. : tempête.</i>
<i>faire naître, nommer.</i>	<i>terra, ae, f. : terre.</i>
<i>fera, -ae, f. : bête sauvage.</i>	<i>tympanum, -i, n. : tambourin.</i>
<i>hiems, -mis, f. : hiver, orage.</i>	<i>uter, -tra, -trum : lequel des deux?</i>
<i>imago, -ginis, f. : image.</i>	<i>utor -eris, usus sum. uti, dép.</i>
<i>interpretor, -aris, -atus sum, -ari,</i>	<i>intr. : se servir de.</i>
<i>dép. tr. : expliquer.</i>	<i>ver, veris, n. : printemps.</i>
<i>lupa, -ae, f. : louve.</i>	<i>vitis, -is, f. : vigne, cep de vigne,</i>
<i>messis, -is, f. : moisson.</i>	<i>insigne du centurion.</i>

## RÉDACTION

Syrus servus fabulam Romuli et Remi a lupa nutritorum narrat.

## VOCABULAIRE 18

<i>accorro, -is, -rrī, -ere, intr. :</i>	<i>tr. : laisser.</i>
<i>accourir.</i>	
<i>diffundo, -is, -fudi, -fusum, -ere,</i>	<i>Remus, -i, m. : Rémus, frère de</i>
<i>tr. : répandre.</i>	<i>Romulus.</i>
<i>expono, -is, -posui, -positum,</i>	<i>ripa, -ae, f. : rive.</i>
<i>-ere, tr. : exposer, mettre en</i>	<i>Romulus, -i, m. : Romulus, fon-</i>
<i>vente.</i>	<i>dateur de Rome.</i>
<i>fluvius, -ii, m. : cours d'eau.</i>	<i>servus, -i, m. : esclave.</i>
<i>in sicco, loc. adv. : à sec.</i>	<i>super, prép. (acc.) : sur.</i>



## CHAPITRE VII

## LUCIUS ET QUINTUS IN BALNEO LAVANTUR

Post prandium, Minicia, Lucii mater, Lucio et Quinto dixit : « Recedite in cubiculum et requiescite; postquam dies inclinatus erit, in balneum lavatum ibitis. Nam, Quinte, in ipsa domo balneum habemus neque nobis necesse est in communia balnea ire. » Ad decimam horam, pueri in balneum se contulerunt. In apodyterio vestes posuerunt et in caldarium transierunt; in descensionem in solo excavatam per tres gradus descenderunt; ibi erat calida aqua, culinae vicinae foco calefacta. Per magnam fenestram Tiberim flumen et in eo natantes e media aqua conspicere poterant. Deinde in frigidarium transierunt et in baptisterio, frigidae pleno, natarunt. Postquam unctor eorum corpora destrinxerat, in sphaeristerium se contulerunt et in occidentis solis radiis acriter pilas moverunt.

## VOCABULAIRE 19

- acriter*, adv. : vivement.  
*apodyterium*, -ii, n. : vestiaire.  
*balnea*, -orum, n. pl. : bains publics.  
*balneum*, -ei, n. : bain particulier.  
*saptisterium*, -ii, n. : piscine.  
*caldarium*, -ii, n. : bain chaud.  
*calefacio*, -is, -feci, -ctum, -ere, tr. : échauffer.  
*calidus*, -a, -um : chaud.  
*communis*, -e : public.  
*corpus*, -poris, n. : corps.  
*culina*, -ae, f. : cuisine.  
*decima* (-ae), *hora* (-ae), f. : dixième heure (vers seize heures).  
*deinde*, adv. : ensuite.  
*descensio*, -onis, f. : baignoire creusée dans le sol.  
*destringo*, -is, -nxi, -strictum, -ere, tr. : masser.  
*excavo*, -as, -vavi, -vatum, -are, tr. : creuser.  
*fenestra*, -ae, f. : fenêtre.  
*flumen*, -minis, n. : cours d'eau.  
*focus*, -i, m. : foyer.  
*frigidarium*, -ii, n. : bain froid.  
*gradus*, -us, m. : escalier, degré, grade.  
*inclino*, -as, -avi, -atum, -are, tr. et intr. : incliner, décliner.  
*ipse*, -a, -um, pron. adj. : lui-même, considéré en lui-même.  
*lavor*, -aris, *lavatus sum*, *luvari*, dép. intr. : se baigner.  
*moveo*, -es, *movi*, *motum*, -ere, tr. : remuer.  
*nato*, -as, -avi, -atum, -are, intr. : nager.  
*necesse est*, *erat*, etc... : il est nécessaire.  
*occido*, -is, -di, -ere, intr. : se coucher (en parlant des astres).  
*pila*, -ae, f. : balle.  
*plenus*, -a, -um : plein.  
*radius*, -ii, m. : rayon.  
*recedo*, -is, -cessi, -cessum, -ere, intr. : se retirer.  
*requiesco*, -is, -quievi, -quietum, -ere, intr. : se reposer.  
*se conferre* (*confero*, -fers, -tuli, -latum), intr. : se rendre à.  
*solum*, -i, n. : sol.  
*sphaeristerium*, -ii, n. : jeu de paume.  
*Tiberis*, -is, m. : Tibre.  
*transeo*, -is, -sii, -satum, -ire, intr. : passer.  
*tres, tria* : trois.  
*unctor*, -oris, m. : masseur.  
*vestis*, -is, f. : vêtements, couverture.  
*vicinus*, -a, -um : voisin.

**JEUX**

I. — D. : Qui lavari vult, vestem ponit, in calidam aquam se mergit, in frigida natat, ab unctore destringitur, pilam movet. — R. : Lavari volo, vestem pono, etc.... — D. : Si lavari vis, vestem ponis, etc.... — R. : Ille lavari vult, vestem ponit, etc....

II. — D. : Aquae gratias agimus. Cur? — R. : Quod eam bibimus. — D. : Aquae gratias agimus. Cur? — R. : Quod ea lavamur. — D. : Aquae.... — R. : Quod naves nostras fert. — D. : Aquae... — R. : Quod nobis pisces alit. — D. : Aquae.... — R. : Quod aestatis calores temperat. — D. : Aquae.... — R. : Quod cum jucundo strepitu currit. — D. : Aquae.... — R. : Quod in sole pulchros colores habet.

*La classe en chœur.*

Gratias tibi, aqua, ago, quod te bibo, quod per te lavor,  
quod naves nostras fers, quod nobis pisces alis, quod aestatis  
calores temperas, quod cum jucundo strepitu curris, quod in  
sole pulchros colores habes.

**CENSURA**

Ut pignora recipias :

Dic bonae aquae carmen :

Aqua bona es, te bibimus, per te lavamur, naves nostras  
fers, etc....

## QUESTIONNAIRE

Quota hora pueri in balneum se contulerunt?  
 Quot partes in balneo erant?  
 Omnesne Romani in balneo domestico lavabantur?  
 Ubi Romani post lavationem se conferre solebant?

## VOCABULAIRE 20

<i>bibo</i> , -is, <i>bibi</i> , -ere, tr. : boire.	<i>jucundus</i> , -a, -um : agréable.
<i>calor</i> , -oris, m. : chaleur.	<i>lavatio</i> , -onis, f. : bain.
<i>curro</i> , -is, <i>cucurri</i> , <i>cursum</i> , -ere, intr. : courir.	<i>mergo</i> , -is, <i>mersi</i> , <i>mersum</i> , -ere, tr. : enfoncer dans l'eau.
<i>debeo</i> , -es, -bui, -bitum, -ere, tr. : devoir.	<i>navis</i> , -is, f. : bateau.
<i>domesticus</i> , -a, -um : de la maison.	<i>quota hora</i> : à quelle heure?
<i>gratia</i> , -ae, f. : reconnaissance.	<i>soleo</i> , -es, <i>solitus sum</i> , -ere, tr. : avoir l'habitude.
<i>gratias ago</i> , -is, <i>egi</i> , <i>actum</i> , ere : rendre grâce.	<i>strepitus</i> , -us, m. : bruit.
	<i>tempero</i> , -as, -avi, -atum, -are, tr. : tempérer.

## RÉDACTION

Lucius vult in balneum Quintum ducere; sed ille in caldarii descensionem se immergere negat : aqua nimis calida esse videtur. Lucius prior descendit et sic Quinto metum depellit.

## VOCABULAIRE 21

<i>delpello</i> , -is, <i>depuli</i> , <i>depulsum</i> , -ere, tr. : chasser.	dire que... ne pas, refuser.
<i>immergo</i> , -is, <i>immersi</i> , <i>immersum</i> , -ere, tr. : plonger.	<i>nimir</i> , adv. : trop.
<i>metus</i> , -us, m. crainte.	<i>primus</i> , -a, -um : premier.
<i>nego</i> , -as, -avi, -atum, -are, tr. :	<i>videor</i> , -eris, <i>visus sum</i> , <i>videri</i> , intr. : paraître, sembler bon.



## CHAPITRE VIII

**CORNELIUS LUCIUM ET QUINTUM  
IN FORUM DUCIT**

Quodam die Cornelius mature ad prandium venit. « Hodie, inquit, nullum habeo negotium. Te, Luci, cum Quinto in forum ducam et aedificia nostra publica invisetis. » Post prandium ergo togam induerunt. Togae puerorum praetextae erant, id est purpura ornatae, ut mos est puerorum. Cornelii toga et tunica eodem colore variatae erant, quales omnes senatores gerebant. Forum Romanum attigerunt et ad imum Capitolium parumper steterunt, populi multitudinem intuentes. Multi viri togati obversabantur, toga pura, id est sine ulla purpura, vestiti : hanc togam omnes cives adulti gerebant ; inter eos, nonnulli magistratus, lato clavo conspicui. Subito exorsus est clamor cum populi motu ; et Cornelius : « Videte, inquit, alterum consulem ; curiam petit ; lictores fascibus homines submovent ut ei decedant. »

## VOCABULAIRE 22

- adultus, -a, -um* : adulte.
- edificium, -ii*, n. : bâtiment.
- alter, -tera, -terum* : le second, l'autre, l'un des deux.
- angustus, -a, -um* : étroit.
- attingo, -is, attigi, attactum, -ere*, tr. : atteindre.
- civis, -is*, m. : citoyen.
- clamor, -oris*, m. : cris, cri de guerre.
- clavus, -i*, m. : bande de la tunique.
- conspicuus, -ua, -uum* : reconnaissable.
- consul, -lis*, m. : consul.
- decedo, -is, -cessi, -cessum, -ere*, intr. : céder le pas, se retirer.
- fascis, -is*, m. : faisceau, paquet de baguettes liées avec une hache qui était l'insigne des licteurs.
- forum, -i*, n. : forum.
- gero, -is, gessi, gestum, -ere*, tr. : porter, faire.
- haut procul*, adv. : non loin.
- id est* : c'est-à-dire.
- imus, -a, -um* : pris à son pied.
- induo, -is, -ui, -utum, -ere*, tr. : revêtir.
- insignis, -e* : distingué, signalé.
- inter*, prép. acc.) : entre, parmi.
- intueor, -eris, -tuitus sum, -eri*, tr. dép. : regarder.
- latus, -a, -um* : large.
- lictor, -oris*, m. : licteur, appariateur escortant le consul; celui-ci avait douze licteurs.
- magistratus, -us*, m. : magistrat, magistrature.
- mature*, adv. : de bonne heure.
- mos, moris*, m. : coutume.
- motus, -us*, m. : mouvement.
- nullus, -a, -um* : aucun.
- obversor, -aris, -atus sum, -ari*, dép. intr. : aller et venir.
- praetexta, -ae*, f. : toge prétexte.
- publicus, -a, -um* : public, de l'Etat.
- purpura, -ae*, f. : rouge pourpre.
- puto, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : penser.
- qualis, -e* : tel que.
- sine*, prép. (abl.) : sans.
- subito*, adv. : tout à coup.
- submoveo, -es, -vi, -otum, -ere*, tr. : écarter, fendre la foule.
- toga, -ae*, f. : toge.
- togatus, -a, -um* : portant la toge.
- tunica, -ae*, f. : tunique.
- ullus, -a, -um* (avec une négation) : aucun.
- variatus, -a, -um* : diversifié.
- vir, viri*, m. : homme, mari.

**JEUX**

I. — *Chaque élève répétera cette phrase sans erreur :*

*Qui otium habet negotium non habet et qui negotium habet otium non habet.*

II. — D. : Qua re magistratus insignes erant? — R. : Lat clavo insignes erant. — D. : Qua re virgines Vestales insignes erant? — R. : Suilibulo insignes erant. — D. : Qua re vir adulti insignes erant? — R. : Toga pura insignes erant. D. : Qua re matronae insignes erant? — R. : Stola et pall insignes erant. — D. : Qua re pueri insignes erant? R. : Praetexta insignes erant. — D. : Qua re lictores insignes erant? — R. : Fascibus insignes erant. — D. : Qua re pauperes insignes erant? — R. : Toga pulla insignes erant. — Qua re magistratus, etc....

III. — D. : Lictores fascibus populum submovent, homines consuli decedunt, consul cum lictoribus incedit. — R. : Si lictores fascibus populum non submovissent, si homines consuli non decessissent, consul incedere non posset. — D. : Sed lictores, etc...

**CENSURA**

*Ut pignora recipias responde :*

*Qui viri Romae in viis cernebantur?*

*Consulne solus incedebat?*

*Quot verba novisti quibus « videre » significari potest?*

## QUESTIONNAIRE

Quo Cornelius pueros duxit?  
 Qui obversabantur in foro?  
 Quibus notis consul cognoscetatur?  
 Quibus notis magistratus cognoscetatur?

## VOCABULAIRE 23

<i>cerno, -is, crevi, cretum, -ere,</i>	<i>pauper, -eris, adj. : pauvre.</i>
tr. : distinguer, juger, voir.	<i>nullus, -a, -um : brun, sombre.</i>
<i>cognosco, -is, -novi, -nitum, -ere,</i>	<i>significo, -as, -avi, -atum, -are,</i>
tr. : reconnaître.	tr. : signifier.
<i>incedo, -is, -cessi, -ere, intr. :</i>	<i>solus, -a, -um : seul.</i>
marcher, s'avancer.	<i>stola, -ae, f. : robe de femme.</i>
<i>nota, -ae, f. : marque.</i>	<i>suffibulum, -i, n. : suffibulum,</i>
<i>otium, -ii, n. : loisir.</i>	<i>voile blanc des vestales.</i>
<i>palla, -ae, f. : manteau de femme.</i>	<i>virgo, -ginis, Vestalis, f. : vestale.</i>

## RÉDACTION

Lucius, postquam domum reversus est, quae vidit matrem explicat; Quintus errores ejus corrigit.

## VOCABULAIRE 24

<i>adventus, -us, m. : arrivée.</i>	<i>error, -oris, m. : erreur.</i>
<i>auriga, -ae, m. : cocher.</i>	<i>imperitus, -a, -um : maladroit.</i>
<i>corrigo, -is, -rexi, -rectum, -ere,</i>	<i>nondum, adv. : pas encore.</i>
tr. : redresser.	<i>porta, -ae, f. : porte.</i>



## CHAPITRE IX

## LUCIUS ET QUINTUS CAPITOLIUM INVISUNT

Post consulis transitum, Cornelius Clivo Capitolino in Capitolum ascendere coepit et ad Jovis templum pervenerunt. Hoc templum, de marmore albo factum, magnitudine mediocre erat, sed columnis conspicuum; in ejus fastigio lupae cum Romulo et Remo pueris simulacrum erat. Pars interior in tres cellas erat divisa; media, Jovi dedicata erat, dextra Minervae, laeva Junoni. Postquam templum diu contemplati sunt, ad altare flexerunt et Cornelius: « Hunc collem, inquit, videte: Areem appellamus. Eo quondam Romani confugerunt, nam Galli eorum urbem expugnaverant. Quadam nocte, Galli silentio in collem ascendebant. Cænes tacuerunt, sed anseres, Junonis sacri, Romanos et Manlium, eorum ducem, e somno suscitaverunt. Galli præcipites dejecti sunt et sic Roma servata. »

## VOCABULAIRE 25

- a! dextram, ioc.* adv. : à droite.  
*albus, -a, -um* : blanc.  
*anser, -eris*, m. : oie.  
*appello, -as, -avi, -atum, -are,*  
 tr. : appeler.  
*Arx, Arcis*, f. : citadelle.  
*ascendo, -is, -di, -nsum, -ere,*  
 intr. : monter.  
*Capitolium, -ii*, n. : le Capitole.  
*cellu, -ae*, f. : chapelle.  
*Clivus Capitolinus, -a, -um* :  
 Clivus Capitolinus, rue en  
 pente conduisant au Capitole.  
*coepi, coeptum, coepisse*, tr. dé-  
 fectif : avoir commencé.  
*collis, -is*, m. : hauteur.  
*confugio, -is, -fugi, -ere*, intr. :  
 se réfugier.  
*contemplor, -aris, -atus sum,*  
*-ari*, tr. dép. : considérer.  
*dedico, -as, -avi, -atum, -are,*  
 tr. : dédier.  
*dejicio, -is, -jeci, -jectum, -ere,*  
 tr. : précipiter.  
*dexter, -tra, -trum* : droit.  
*diu, adv.* : longtemps. de jour.  
*divido, -is, -visi, -visum, -ere,*  
 tr. : partager, séparer.  
*dux, ducis, m.* : guide, chef.  
*eo, adv.* : là (où l'on va).  
*expugno, -as, -avi, -atum, -are,*  
 tr. : prendre d'assaut.  
*fastigium, -ii*, n. : faîte.  
*Galli, -orum*, m. pl. : Gaulois.  
*interior, -rius* : intérieur.  
*Juno, -onis*, f. : Junon.  
*magnitudo, -dinis*, f. : gran-  
 deur.  
*Manlius, -ii*, m. : Manlius.  
*marmor, -oris*, n. : marbre.  
*mediocris, -e* : moyen.  
*Minerva, -ae*, f. : Minerve.  
*pervenio, -is, -veni, -ventum, -ire*  
 intr. : arriver.  
*praeceps, -pitis*, adj. : la tête  
 en bas, précipité.  
*quondam*, adv. : jadis.  
*sacer, -era, -crum* : consacré à,  
 sacré.  
*silentio, adv.* : en silence.  
*simulacrum, -i*, n. : statue.  
*somnus, -i*, m. : sommeil.  
*suscito, -as, -avi, -atum, -are*  
 tr. : faire lever.  
*transitus, -us*, m. : passage.  
*urbs, urbis, f.* : ville.

## JEUX

I. — D. : Romani anserem laudant et canem vituperant :  
 Tu, anser, nos servasti. — R. : Tu, canis, nos perdidisti. —  
 D. : Te, anser, semper colemus. — R. : Te, canis, semper  
 exsecrebimur. — D. : Tibi, anser, eximum cibum appone-  
 mus. — R. : Tibi, canis, ossa tantum projiciemus. — D. :  
 Romani anserem laudant, etc....

II. — D. : Ut pulchrum esset Jovis templum, in Capitolio  
 exstruendum erat. — R. : In Capitolio exstructum est. —  
 D. : Albo marmore opus erat. — R. : Album marmor quae-  
 sum est. — D. : Columnis opus erat. — R. : Columnae exci-  
 sae sunt. — D. : Gradibus opus erat. — R. : Gradus positi sunt.  
 — D. : Tribus cellis opus erat. — R. : Tres cellae factae sunt.  
 — D. : Ut pulchrum....

## CENSURA

Ut pignora recipias :

Dic tres canis virtutes.

Dic res quibus ad templum exstruendum opus est.

Dic deorum nomina quibus cellae templi Capitolini dedi-  
 catae erant.

Ex his deis quis optimus erat?

Qui color templo erat?

## QUESTIONNAIRE

Quibus deis templum Capitolinum dedicatum erat?  
 Quis ex his deis maximus erat?  
 In quem locum ad dextram Cornelius devenit?  
 De qua re hic locus eum admonuit?

## VOCABULAIRE 26

<i>admoneo, -es, -nui, -nitum, -ere,</i>	<i>exstruo, -is, -uxi, -uctum, -ere,</i>
tr. : faire penser à.	tr. : construire.
<i>aes, aeris, n.</i> : bronze.	<i>ferrum, -i, n.</i> fer.
<i>cibus, -i, m.</i> : nourriture.	<i>fidus, -a, -um</i> : fidèle.
<i>colo, -is, colui, cultum, -ere, tr. :</i> cultiver, habiter, honorer.	<i>fortis, -e</i> : brave.
<i>devenio, -is, -veni, -ventum, -ire,</i> intr. : arriver.	<i>laudo, -as, -avi, -atum, -are, tr. :</i> louer.
<i>excido, -is, -di, -cism, -ere, tr. :</i> tirer de la carrière.	<i>lignum, -i, n.</i> : bois.
<i>eximius, -a, -um</i> : remarquable, de choix.	<i>os, ossis, n.</i> : os.
<i>expugnatio, -onis, f.</i> : prise (de ville).	<i>projicio, -is, -jeci -jectum, -ere,</i> tr. : jeter.
<i>exsecror, -aris, -atus sum, -ari,</i> dép. tr. : maudire.	<i>quaero, -is, quaeſivi, quaeſi- tum, -ere, tr. : chercher.</i>
	<i>vigilans, -antis, adj.</i> : vigi- lant.
	<i>virtus, -utlis, f.</i> : qualité.

## RÉDACTION

Narra Arcis oppugnationem in bello Gallico.

## VOCABULAIRE 27

*oppugnatio, -onis, f.* : assaut.





CHAPITRE X  
DE CASTRIS ROMANIS

Paucis post diebus, Lucius Quinto dixit : « Hodie Titus, patruus meus, a Tusculano veniet. Dissimillimus est patris mei, ejus fratraris. Nam tribunus militum multis militibus imperat et sine intermissione de militia loquitur. » Post cenam enim Titus : « Hi pueri, inquit, puto, nunquam castra vide-runt. Volo has res eos docere. Milites, pueri, singulis diebus ad vesperum, quando in itinere sunt, parvam urbem ex-struunt, quam castra vocant, ut tuto pernoctent. Primum aream quadratam describunt, ei fossam circumdant atque e terra effossa aggerem in interiore parte faciunt. Vallos, via umero gesserunt, in summo aggere signunt. Sic in fit. Postea tabernacula collocant; imperatoris taber-naclum praetorium vocant. Duabus viis, decumana et prin-cipali, castra in quattuor partes dividuntur et per quattuor portas, praetoriam et decumanam et duas principales, castra adiri possunt. Quantum, pueri, hoc opus laboris flagitat! »

## VOCABULAIRE 23

- ac, atque*, conj. : et.  
*adeo, adis, adii, aditum, adire*  
 tr. : aborder, aller trouver.  
*agger, -eris*, m. : rempart.  
*area, -eae*, f. : aire, espace plan.  
*castra, -orum*, n. pl. : camp.  
*circumdo, -as, -dedi, -datum,*  
*-are*, tr. : mettre autour.  
*co/loco, -as, -avi, -atum, -are*, tr. :  
 placer.  
*decumanus, -a, -um* : décuman,  
 décumane.  
*describo, -is, -scripsi, -scriptum,*  
*-ere*, tr. : tracer, recopier.  
*dissimilis, -e*, n. : dissemblable.  
*doceo, -es, -cui, -ctum, -ere*, tr. :  
 enseigner.  
*effodio, -is, -fodi, -fossum, -ere*,  
 tr. : creuser.  
*figo, -is, fixi, factum, -ere*, tr. :  
 planter.  
*flagito, -as, -avi, -atum, -are*,  
 tr. : réclamer.  
*fossa, -ae*, f. : fossé.  
*frater, -tris*, m. : frère.  
*impero, -as, -avi, -atum, -are*.  
 tr. et intr. : commander.  
*imperator, -oris*, m. : général en  
 chef, général victorieux.  
*intermissio, -onis*, f. : interruption  
*iter, -ieris*, n. : marche, route.  
*loquor, -eris, locutus sum, -qui*,  
 dép. intr. : parler.  
*miles, -litis*, m. : soldat.  
*militia, -ae*, f. : service militaire.  
*nunquam*, adv. : jamais.  
*opus, -peris*, n. : travail.  
*patruus, -ui*, m. : oncle paternel.  
*pauci, -ae, -a* : quelques-uns,  
 quelques-uns seulement.  
*penetro, -as, -avi, -atum, -are*,  
 intr. : pénétrer.  
*pernocto, -as, -avi, -atum, -are*,  
 intr. : passer la nuit.  
*praetorium, -ii*, n. : prétoire,  
 tente du général.  
*praetorianus, -a, -um* : prétorien.  
*principalis, -e* : principal.  
*quadratus, -a, -um* : carré.  
*quattuor* : quatre.  
*summus, -a, -um* : pris à son  
 sommet.  
*tabernaculum, -i*, n. : tente.  
*tribunus (-i) militum*, m. : tribun militaire.  
*Tusculanum, -i*, n. : domaine de  
 Tusculum.  
*tuto, adv.* : en sûreté.  
*umerus, -i*, m. : épaule.  
*vallum, -i*, n. : retranchement  
 formé de pieux.  
*vallus, -i*, m. : pieu.  
*vesper, -eri ou -eris*, m. : soir

## JEUX

I. — D. : Miles supra nullum est. — R. : Supra militem decurio est. — D. : Supra decurionem centurio est. — R. : Supra centurionem primipilus est. — D. : Supra primipilum tribunus militum est. — R. : Supra tribunum militum legatus est. — D. : Supra legatum consul est. — R. : Supra consulem nullus est. — D. : Ergo nulli miles imperat. — R. : Militi decurio imperat. — D. : Decurioni et militi centurio imperat. — R. : Centurioni et decurioni et militi primipilus imperat, etc....

II. — *Les élèves répéteront tour à tour ces deux phrases :*

D. : Signo proelii dato, fortis miles stragulum rejicit, e cubili surgit, e tabernaculo exit, e castris egreditur, proelii locum petit. — R. : Proelio commisso, timidus miles e proelii loco fugit, in pedes se conjicit, in castra se projicit, in tabernaculum se proripit, in cubile se penetrat, stragulo se operit.

## CENSURA

Ut pignora recipias :

Dic mihi exercitus Romani gradus.

Quomodo timidus miles aut fortis miles stragulo utitur, pedibus utitur, armis utitur?

## QUESTIONNAIRE

In quo dignitatis gradu a consule tribunus militum est? primipilus?  
egatus?

In quam formam Romani castra metabantur?  
Quot sunt portae in castris?

## VOCABULAIRE 29

<i>irma, -orum</i> , n. pl. : armes.	<i>pes, pedis</i> , m. : pied.
<i>ut</i> , conj. : ou.	<i>primipilus, -i</i> , m. : primipile,
<i>centurio, -onis</i> , m. : centurion.	premier des centurions.
<i>committo, -is, -misi, -missum, -ere</i> , tr. : engager (la bataille).	<i>proelium, -ii</i> , n. : bataille.
<i>cubile, -is</i> , n. : lit.	<i>proripio, -is -pui, -reptum, -ere</i> ,
<i>lecurio, -onis</i> , m. : décurion.	tr. : précipiter en avant.
<i>dignitas, -atis</i> , f. : dignité.	<i>quartus, -a, -um</i> : quatrième.
<i>gredior, -eris, -gressus sum, -di</i> : dép. intr. : sortir.	<i>quintus, -a, -um</i> : cinquième.
<i>exercitus, -us</i> , m. : armée.	<i>reficio, -is, -jeci, -jectum, -ere</i> ,
<i>jugio, -is, -i, -ere</i> , tr. et intr. : fuir.	tr. : rejeter.
<i>in pedes se conjicere</i> : jouer des jambes.	<i>secundus, -a, -um</i> : second.
<i>legatus, -i</i> , m. : légat, lieutenant.	<i>se penetrare (penetro, -as, -avi, -atum, -are)</i> : s'enfoncer.
<i>metor, -aris, -ari</i> , dép. tr. : ar-	<i>septimus, -a, -um</i> : septième.
pentor (le camp).	<i>sextus, -a, -um</i> : sixième.
<i>operio, -is, -rui, -rtum, -ire</i> , tr. : couvrir.	<i>signum, -i</i> , n. : signal, enseigne militaire.
	<i>stragulum, -i</i> , n. : couverture.
	<i>supra</i> , prép. (acc.) : au-dessus de.
	<i>timidus, -a, -um</i> : peureux.

## RÉDACTION

ele

Centurio quidam uxori castrorum constitutionem explicat.

## VOCABULAIRE 30

*constitutio, -onis*, f. disposition.



CHAPITRE XI  
DE PROELIO ROMANO

« In castris signa ante imperatoris praetorium figuntur. Haec, signo proelii dato, signiferi vellunt et tollunt, quibus militibus caput pelle ferina velatum est. Ex eis aquilifer aquilam, quod legionis est signum, fert; alii cetera signa cohortium et manipolorum. Signis sublatis, signiferi gradi incipiunt. Post eos milites, clamore sublato, praecipiunt cursu in hostes impetum faciunt. Prima acies procul pila mitterit; pilis missis, gladio milites rem gerunt. Per proelium ~~imper~~tor, equo circumvectus, viros ad pugnandum hortatur. Post proelium, sic tropaeum faciunt: arborem frondibus ramisque spoliatam in terra defigunt et ex ea loricam suspendunt: galeam. Quod tropaeum virum armato loricae injecto sustinent. Me audivistis, multa alia vobis explicabo. »

## VOCABULAIRE 31

*acies, -ei, f.* : armée rangée en bataille, ligne de bataille.  
*addo, -is, -didi, -di:um, -ere,* tr. : ajouter.  
*ante, prép. (acc.)* : devant, avant.  
*aquila, -ae, f.* : aigle.  
*aquilifer, -eri, m.* : porte-aigle.  
*arbor, -oris, f.* : arbre.  
*armo, -as, -avi, -atum, -are, tr.* : armer.  
*attente, adv.* : attentivement.  
*balteus, -i, m.* : baudrier.  
*caput, -pitis, n.* : tête.  
*ceteri, -ae, -u* : les autres, le reste.  
*circumvehor, -eris, -vectus sum, -vehi*, dép. intr. : aller à cheval là et là.  
*cohors, -rtis, f.* : cohorte (il y en avait dix dans la légion).  
*cursus, -us, m.* : course.  
*defigo, -is, -fixi, -fixum, -ere,* tr. : planter en terre.  
*equus, -ui, m.* : cheval.  
*ferinus, -a, -um* : de bête sauvage.  
*frons, -ndis, f.* : feuille.  
*galea, -ae, f.* : casque.  
*gladius, -ii, m.* : épée.  
*gradior, -eris, gradiri, dép. intr.* : avancer, marcher au pas.  
*hortor, -aris, -atus sum, -ari,* dép. tr. : exhorter.  
*hostis, -is, m.* : ennemi.  
*imitor, -aris, -atus sum, -ari,* dép. tr. : imiter, ressembler à.

*impetus, -us, m.* : attaque, élan.  
*incipio, -is, -cepi, -ceptum, -ere,* tr. : commencer.  
*injicio, -is, -jeci, -jectum, -ere,* tr. : jeter sur ou dans.  
*legio, -onis, f.* : légion.  
*lorica, -ae, f.* : cuirasse.  
*manipulus, -i, m.* : manipule (il y en avait trente dans la légion).  
*mittō, -is, misi, missum, -ere,* tr. : envoyer, lancer.  
*pilum, -i, n.* : javelot.  
*procul, adv.* : à distance.  
*pugno, -as, -avi, -atum, -are,* intr. : combattre.  
*ramus, -i, m.* : branche.  
*rem gero, -is, gessi, gestum, -ere* : se battre.  
*scutum, -i, n.* : bouclier.  
*signifer, -eri, m.* : porte-enseigne.  
*spolio, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : dépouiller.  
*suspendo, -is, -di, -nsum, -ere,* tr. : suspendre.  
*sustineo, -es, -nui, -tentum, -ere,* tr. : soutenir.  
*tollo, -is, sustuli, sublatum, -ere,* tr. : enlever, lever, éléver.  
*tropaeum, -i, n.* : trophée.  
*vello, -is, velli ou vulsi, vulsum, -ere*, tr. : arracher.  
*velo, -as, -avi, -atum, -are* : couvrir, voiler.

## JEUX

I. — D. : Aquilifer aquilam fert; signifer signum fert; imperator hortatur, legati imperant, milites dicto audientes sunt; proelium fit. — R. : Si aquilifer aquilam non fert, si signifer signum non fert, si imperator non hortatur, si legati non imperant, si milites dicto audientes non sunt, tum proelium non fit. — D. : Sed post proelium aquilifer aquilam jam non fert, signifer signum non fert, imperator non hortatur, legati non imperant, milites dicto audientes non sunt.

— R. : In proelio autem aquilifer aquilam fert, etc....

II. — D. : Facio tropaeum. — R. : Arborem caedis. — D. : Quid postea? — R. : Frondibus et ramis spolias. — D. : Quid postea? — R. : In terra desigis. — D. Quid postea? — R. : Loricam ex ea suspendis. — D. : Quid postea? — R. : Galeam et scutum addis. — D. : Quid postea? — R. : Gladium balteo loricae injecto sustines. — D. : Tibi gratias ago, tropaeum factum est. — D. : Facio tropaeum, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :

Quid in terra desigi potest?

Dic omnes gradus exercitus Romani quos nosti.

## QUESTIONNAIRE

Quae manus signa habent?  
 Qui milites in acie primi incedunt?  
 Quid tropaeum imitatur?  
 Audiveruntne attente pueri Titum?

## VOCABULAIRE 32

<i>baculus</i> , -i, m. : bâton.	<i>hasta</i> , -ae, f. : lance.
<i>caedo</i> , -is, cecidi, caesum, -ere,	<i>manus</i> , -us, f. : main, troupe.
tr. : couper, tuer.	<i>palus</i> , -i, m. : poteau.
<i>dicto audiens</i> , -entis, adj. : obéis-	
sant.	

## RÉDACTION

Aquilifer quidam per proelium milites duxit; hostes terga verterunt; persecutus est eos usque ad fluvii ripam. Haec post redditum liberis suis narrat.

## VOCABULAIRE 33

<i>persequor</i> , -eris, -secutus sum,	tourner le dos, prendre la
-sequi, dép. tr. : poursuivre.	fuite.
<i>reditus</i> , -us, m. : retour.	<i>usque ad</i> : jusqu'à.
<i>terga verto</i> , -tis, -ti, -rsum, -ere :	



## CHAPITRE XII

**CORNELIUS CUM SUIS RUS PROFICISCITUR**

Ad ultimos dies Julii mensis, Cornelius cum uxore et liberis rus profectus est. Arpini, haud procul a Latii finibus, in montibus, praedium habebat, Arpinas vocatum. Quodam igitur die, mane, Cornelius et Minicia cum Lucio et Quinto in rheda adsederunt. Servi et ancillae sequebantur. Post aliquot horas in villam devenerunt. Haec villa in magno horto jacebat et ex pluribus aedificiis constabat. Horum in maximo erat atrium et cubicula circa disposita. Juxta aedes, porticus excurrebat, altera parte muro, altera columnis fulta. Ad orientem solem spectabat. Sic post meridiem jam solem non recipiebat et pueri in gelida umbra ambulare poterant. Ex hac porticu xystus prospiciebatur et buxi, quibus nomen domini in solo discribebatur. In multis locis erant fontes, quorum nonnulli aquam in altum expellebant et recipiebant. Quintus hanc pulchram villam mirabatur.

## VOCABULAIRE 34

- iliquot*, indecl. : quelques, un certain nombre de.
- alter... alter* : l'un... l'autre.
- ancilla*. -ae, f. : esclave (femme).
- Arpinas*, -atis, n. : propriété d'Arpinum.
- Arpinum*, -i, n. : Arpinum.
- buxus*, -i, f. : buis.
- consto*, -as, -stiti, -are, intr. : consister en, être composé de.
- discribo*, -is, -scripsi, -scriptum, -ere, tr. : tracer.
- dispono*, -is, -posui, -positum, -ere, tr. : disposer.
- dominus*, -i, m. : maître de maison.
- excurro*, -is, -rrī, -ursum, -ere, intr. : faire saillie.
- expello*, -is, -puli, -pulsum, -ere, tr. : expulser, lancer.
- fines*, -nium, m. pl. : frontières.
- gelidus*, -a, -um : frais.
- hortus*, -i, m. : jardin.
- in altum*, loc. adv. : en haut.
- juxta*, prép. (acc.) : auprès de.
- Latiūm*, -ii, n. : Latium.
- locus*, -i, m. : lieu, pièce, rang.
- mane*, adv. : durant la matinée.
- meridies*, -ei, m. : midi.
- miror*, -oris, -atus sum, -ari, tr. dép. : admirer, s'étonner de.
- mons*, *montis*, m. : montagne.
- murus*, -i, m. : mur.
- oriens*, -entis, adj. : levant.
- plures*, *plura* : plus d'un!
- praedium*, -ii, n. : propriété.
- proficiscor*, -eris, -fectus sum, -sci, intr. dép. : partir.
- prospicio*, -is, -spexi, -spectum, -ere, tr. : avoir vue sur.
- rus*, *ruris*, n. : campagne.
- sequor*, -eris, *secutus sum*, -qui dép. tr. : suivre.
- specto*, -as, -avi, -atum, -are, tr. : regarder.
- ultimus*, -a, -um : dernier.
- villa*, -ae, f. : villa.
- xystus*, -i, m. : terrasse (plantée de fleurs et d'arbres).

## JEUX

I. — Volo pulchram villam emere. — D. : Ubi jacebit? —  
 R. : In magno horto. — D. : E quibus locis domus constabit?  
 — R. : Ex atrio, cubiculis, tricliniis, peristylo, bibliotheca. —  
 D. : Quid erit in horto? — R. : Porticus, xystus, platanon,  
 euripus. — Volo pulchram villam, etc....

II. — Volo amoenum hortum emere. — D. : Ubi jacebit?  
 — R. : In montibus. — D. : Quae arbores in eo erunt? —  
 R. : Fagi, cupressi, ilices, platani, quercus. — D. : Quae arbusculae in eo erunt? — R. : Acanthi. — D. : Qui flores in eo  
 erunt? — R. : Lilia, rosae, violae. — Volo amoenum, etc....

III. — D. : Miniciā dicit : In meo xysto pulchrae violae  
 sunt. — R. : Sempronia respondet : Inter meas violas pulcher  
 euripus desfluit. — D. : Minicia dicit : In meo horto magnae  
 quercus sunt. — R. : Sempronia respondet : Inter meas quer-  
 cus frigidus fons aquam in altum expellit. — D. : Minicia  
 dicit : Quam gelida mearum arborum umbra est! — R. :  
 Sempronia respondet : Quam frigida meorum fontium  
 aqua est! — D. : Minicia dicit, etc...

## CENSURA

Ut pignora recipias :

Dic nomen omnium bestiarum quas novisti.

Dic mihi omnia quae in Cornelii villa sunt.

## QUESTIONNAIRE

Quomodo in Arpinate Cornelius nimios solis calores defendebat?  
 Habitabantne servi in eadem domo cum dominis?  
 Quid ex porticu prospiciebatur?  
 Omnisne aqua in euripis fluebat?

## VOCABULAIRE 35

<i>acanthus</i> , -i, f. : acanthe.	<i>lilium</i> , -ii, n. : lis
<i>arbustula</i> , -ae, f. : arbuste.	<i>platanon</i> , -onis, m. : salle d'ombrage.
<i>cupressus</i> , -i, f. : cyprès.	<i>platanus</i> , -i, f. : platane.
<i>euripus</i> , -i, m. : canal.	<i>quercus</i> , -us, f. : chêne.
<i>fagus</i> , -i, f. : hêtre.	<i>quomodo</i> , adv. : comment?
<i>flos</i> , <i>floris</i> , m. : fleur.	<i>rosa</i> , -ae, f. : rose.
<i>habito</i> , -as, -avi, -atum, -are, intr. : habiter.	<i>triclinium</i> , -ii, m. : salle à manger.
<i>ilex</i> , <i>ilicis</i> , f. : yeuse (sorte de chêne).	<i>viola</i> , -ae, f. : giroflee.

## RÉDACTION

Caecilius et Caecilia ludunt; Caecilia in domo remanere  
 vult, Caecilius in horto ambulare; rationes suas explicant.

## VOCABULAIRE 36

*ratio*, -onis, f. : système, manière de voir, compte.



## CHAPITRE XIII

## LUCIUS ET QUINTUS VILLAM RUSTICAM INVISUNT

Die sequenti, post ortum solem, Ampelisca, Gripi vilici uxor, lac pueris attulit et dixit : « Nunc exsurgit et mecum venite; nam ad ovile, suile gallinariumque vos dueam. » Sic factum est. Ampelisca primo gallinarium petiit. « Galli, inquit, jamdudum cantaverunt; sed de industria ostium non aperui; sic gallinas exeuntes videbitis. » Ostio aperto, statim gallinae cum clamore et alarum strepitu ruerunt; Ampelisca frumentum projiciebat, quod aves vorabant. Deinde ad ovile pervenerunt; jam oves ad prata profectae erant et pueri in collis superiore parte eas pascentes conspexerunt. Ince ad suile transierunt, ubi sues et porcui erant multi; sed stabulum taetrum odorem afflabat et pueri Ampeliscae dixerunt : « Hunc odorem tolerare non possumus; duc nos, amabo, in illa prata, ut oves videamus et mulceamus. » — Faciam, inquit; sed ab ariete cavitote; saevus est et cornibus petit. »

## VOCABULAIRE 37

- afflo, -as, -avi, -atum, -are, tr. :* exhaler.
- ala, -ae, f. :* aile.
- aries, -etis, m. :* bélier.
- cornu, -us, n. :* corne.
- de industria, loc. adv. :* à dessein.
- exsurgo, -is, -rrexi, -rrectum, -ere*  
intr. : se lever.
- frumentum, -i, n. :* blé.
- gallina, -ae, f. :* poule.
- gallinarium, -ii, n. :* poulailleur.
- gallus, -i, m. :* coq.
- inde, adv. :* de là, ensuite.
- jamdudum, adv. :* depuis longtemps.
- lac, lactis, n. :* lait.
- mecum pour cum me.*
- mulceo, -es, mulsi, mulsum, -ere,*  
tr. : caresser.
- odor, -oris, m. :* odeur.
- orior, -iris, ortus sum, oriri, dép.*
- intr. : se lever (en parlant des astres).
- ostium, -ii, n. :* entrée, porte.
- ovile, -lis, n. :* bergerie.
- ovis, -is, f. :* brebis.
- pascor, -eris, pastus sum, pasci,*  
tr. brouster.
- porculus, -i, m. :* petit porc.
- pratum, -i, n. :* pré.
- primo ou primum, adv. :* d'abord.
- ruo, -is, -rui, rutum, -ere, intr. :* se précipiter.
- rusticus, -a, -um :* campagnard, paysan.
- stabulum, -i, n. :* étable.
- suile, -lis, n. :* porcherie.
- superior, -ius :* supérieur.
- sus, suis, m. et f. :* porc.
- taeter, -tra, -trum :* repoussant.
- tolero, -as, -avi, -atum, -are,*  
tr. : supporter.
- ubi, adv. :* où (l'on est).
- vilicus, -i, m. :* intendant.

## JEUX

I. — D. : Quo cibo oves vescuntur? — R. : Feno vescuntur.  
 — D. : Quo cibo equi vescuntur? — R. : Feno vescuntur.  
 D. : Quo cibo boves vescuntur? — R. : Feno vescuntur. —  
 D. : Quo cibo agni vescuntur? — R. : Herba vescuntur. —  
 D. : Quo cibo canes vescuntur? — R. : Carne vescuntur. —  
 D. : Quo cibo caprae vescuntur? — R. : Frondibus vescun-  
 tur, etc....

II. — D. : Quot pedes muscae habent? — R. : Sex pedes  
 habent. — D. : Quot pedes gallinae habent? — R. : Duos  
 pedes habent. — D. : Quot pedes araneae habent? — R. :  
 Octo pedes habent, (1) etc....

III. — D. : Quid gallinae nobis praebent? — R. : Ova nobis  
 praebent. — D. : Quid oves nobis praebent? — R. : Lanam  
 nobis praebeant. — D. : Quid boves nobis praebent? — R. :  
 Corium nobis praebent. — D. : Quid elephanti nobis praebent?  
 — R. : Ebur nobis praebent, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias, responde :  
 Quae bestiae feno vescuntur?  
 Quae bestiae frumento vescuntur?  
 Quae bestiae vermisbus vescuntur?  
 Quae bestiae nobis lac praebent?

(1) Voir les adjectifs numéraux, p. 126.

## QUESTIONNAIRE

Omnisne villaec pecudes pueri viderunt?

Quo nomine ovis maritus appellatur?

Quo nomine ovium pulli nominantur?

## VOCABULAIRE 38

<i>agnus, -i</i> , m. :	<i>agneau.</i>	<i>musca, -ae</i> , f. :	<i>mouche.</i>
<i>bos, bovis</i> , m. :	<i>bœuf.</i>	<i>nomino, -as, -avi, -atum, -are,</i>	
<i>camelus, -i</i> , m. :	<i>chameau.</i>	tr. :	<i>nommer.</i>
<i>corium, -ii</i> , n. :	<i>cuir.</i>	<i>octo :</i>	<i>huit.</i>
<i>duo, duae, duo</i> :	<i>deux.</i>	<i>ovum, -i</i> , n. :	<i>œuf.</i>
<i>ebur, eboris</i> , n. :	<i>ivoire.</i>	<i>pomum, -i</i> , n. :	<i>fruit.</i>
<i>elephantus, -i</i> m. et f. :	<i>éléphant.</i>	<i>praebeo, -es, -bui, -bitum, -ere,</i>	
<i>feles, -lis</i> , f. :	<i>chat.</i>	tr. :	<i>fournir.</i>
<i>fenum, -i</i> , n. :	<i>foin.</i>	<i>pullus, i</i> , m. :	<i>petit.</i>
<i>formica, -ae</i> , f. :	<i>fourmi.</i>	<i>serpens, -entis</i> , m. et f. :	<i>serpent.</i>
<i>haedus, -i</i> , m. :	<i>chevreau.</i>	<i>sex :</i>	<i>six.</i>
<i>herba, -ae</i> , f. :	<i>herbe.</i>	<i>vermis, -is</i> , m. :	<i>ver.</i>
<i>maritus, -i</i> , m. :	<i>mâle.</i>	<i>vescor, -eris, vesci</i> , intr. dép. :	
		se nourrir.	

## RÉDACTION

Caecilia in pratis repit; dum flores decerpit, ova in granum invenit; ea legit et Ampeliscae tradit.

## VOCABULAIRE 39

<i>candidus, -a, -um</i> :	<i>blanc.</i>	<i>necto, -is, nexui, nexum, -ere,</i>	
<i>corona, -ae</i> , f. :	<i>couronne.</i>	tr. :	<i>tresser.</i>
<i>decerpo, -is, -psi, -ptum, -ere</i> ,		<i>repo, -is, repsi, reptum, -ere, intr.:</i>	
tr. :	<i>cueillir.</i>	ramper, aller à petits pas	
<i>gramen, -minis</i> , n. :	<i>gazon,</i>	<i>sinus, -us</i> , m. :	<i>pli du vêtement</i>
herbe.		servant de poche, poche.	



## CHAPITRE XIV

## CORNELIUS ET AMICI VENANTUR

In nemoribus Cornelii villaे vicinis multae ferae latebras habebant et agricolarum agros saepe apri vastabant. Rustici de bestiis querebantur et Cornelius cum amicis eas venari statuit. Ad vesperum, servi retia, venabula, cultros paraverant et postero die, prima luce, venatores cum servis profecti sunt. Servi retia explicuerunt et circum nemus tetenderunt. Postea loca peragrarunt et feras in retia egerunt, quas Cornelius et amici venabulis transfixerunt. Sed Minicia, retibus explicitis, Lucium et Quintum domum reduxit neque eadem viderunt. Post solis occasum tantum viri redierunt. Servi sequebantur et tres magnos apros carpento portabant. Unus Cornelii coquo traditus est; ceteros inter amicos divisit.

## VOCABULAIRE 40

*ager*, -*gri*, m. : champ.  
*agricola*, -*ae*, m. : cultivateur.  
*aper*, -*pri*. m. : sanglier.  
*caedes*, -*dis*. f. : massacre.  
*carpentum*, -*i*, n. : chariot.  
*circum*, prép. (acc.) : autour de.  
*cultus*, -*tri*, m. : couteau.  
*latebra*, -*ae*, f. : cachette, re-paire.  
*loca*, -*orum*, n. pl. : le pays.  
*nemus*, -*moris*, n. : bois.  
*peragro*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : parcourir.  
*porto*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : transporter.  
*postero die* : le lendemain.

*queror*, -*eris*, *questus sum*, *queri* intr. : se plaindre.  
*reduco*, -*is*, -*uxi*, -*uctum*, -*ere*, tr. : ramener.  
*rete*, -*tis*, n. : filet.  
*statuo*, -*is*, -*ui*, -*utum*, -*ere*, tr. : établir, décider.  
*tendo*, -*is*, *tetendi*, *tensum*, -*ere*, tr. : tendre.  
*transfigo*, -*is*, -*ixi*, -*ixum*, -*ere*, tr. : transpercer.  
*vasto*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are*, tr. : dévaster.  
*venabulum*, -*i*, n. : épieu.  
*venator*, -*oris*, m. : chasseur.  
*venor*, -*aris*, -*atus sum*, -*ari*, dép. tr. : chasser.

## JEUX

I. — D. : Cornelius ad venationem proficiscitur; primo servi cum retibus eunt; deinde canes; deinde servi venabula et cultros ferentes; postremo Cornelius et amici; dic mihi venatorum euntium ordinem. — R. : Cornelius ad venationem, etc....

II. — D. : Cornelius a venatione redit; primo Cornelius et amici eunt; deinde servi venabula et cultros ferentes; deinde canes; deinde servi cum retibus; postremo apri carpento vecti; dic mihi venatorum redeuntium ordinem. — R. : Cornelius a venatione, etc....

III. — D. : Aper a venatoribus transfixus est. — R. : A coquo coctus est. — D. : A servis appositus est. — R. : Discubbamus ergo, nam esurimus. — D. : Aper a venatoribus, etc...

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :  
Quas feras Cornelius caedere potuit?  
Dic mihi nomen omnium telorum quae tu novisti.

## QUESTIONNAIRE

Quibus rebus opus est ad venationem?  
 Quomodo Romani retibus utebantur?  
 Vescunturne homines apris?  
 Quis carnem ferinam coquit?

## VOCABULAIRE 41

<i>cervus</i> , -i, m. : cerf.	<i>postremo</i> , adv. : d'abord... en-
<i>coquo</i> , -is, <i>coxi</i> , <i>coctum</i> , -ere, tr. : faire cuire.	suite... ensin.
<i>lepus</i> , -poris, m. : lièvre.	<i>telum</i> , -i, n. : arme.
<i>ordo</i> . -dinus, m. : ordre, file.	<i>vehor</i> , -eris, <i>vectus sum</i> , -hi, dép.
<i>primum</i> (ou <i>primo</i> )... <i>deinde</i> ...	intr.: être transporté, voyager.
	<i>venatio</i> , -onis, f. : chasse.

## RÉDACTION

Cornelius servis imperat ut res ad venationem necessarias parent.

## VOCABULAIRE 42

*necessarius*, -a, -um : nécessaire.



## CHAPITRE XV

**LUCIUS ET QUINTUS INTRA AEDIUM  
PARIETES LUDUNT**

Post venationem, per aliquot dies, imbres effusi sunt. Lucius et Quintus domo continebantur. Primum colloquendo, jocando, legendo tempus triverunt; sed brevi tempore sermonum materia eos defecit. Minicia latrunculariam tabulam eis dedit et latrunculis luserunt. Quod ita fit: in tabulae lineae quae tam descriptae sunt lusoresque in eis calculos promovent, qui latrones, id est milites, appellantur. Qui secundum lusus leges vicit imperator salutatur. Post latrones, ad talos se contulerunt. Sed nondum sudum erat. Statuerunt comoedias et tragedias agere et post longum consilium fabulam Phaethontis delegerunt. A Minicia rubram tunicam et pulcherrimam vestem impetrarunt et coronam auream radiatam; e cathedra currum callida arte fabricati sunt. Et Lucius: « Ego, inquit, Sol ero; tu, Phaethontis partes sustinebis. »

## VOCABULAIRE 43

- ago, -is, egi, actum, ere, tr. :* jouer (une pièce).
- ars, artis, f. :* art, ingéniosité.
- calculus, -i, m. :* caillou, pion.
- callidus, -a, -um :* habile.
- cathedra, -ae, f. :* chaise.
- comoedia, -ae, f. :* comédie.
- consilium, -ii, n. :* conseil, délibération.
- continco, -es, -nui, -tentum, -ere, tr. :* contenir, retenir.
- currus, -us, m. :* char.
- deficio, -is, -fecī, -fectum, -ere, tr. :* manquer à quelqu'un (acc.).
- deligo, -is, -legi, -lectum, -ere, tr. :* choisir.
- effundo, -is, -fudi, -fusum, -ere, tr. :* répandre.
- fabricor, -aris, -atus sum, -ari, dép. tr. :* fabriquer, travailler.
- impetro, -as, -avi, -atum, are tr. :* obtenir.
- intra, prép. (acc.) :* à l'intérieur de.
- ita, adv. :* ainsi.
- jocor, -aris, -atus sum, -ari, dép. intr. :* p'aisanter.
- latro, -onis, m. :* soldat mercenaire, brigand.
- latruncularia (-ae) tabula, (-ae), f. :* jeu d'échecs.
- latrunculus, -i, m. :* pièce d'échecs.
- lex, legis, f. :* loi, condition.
- linea, -eae, f. :* ligne.
- longus, -a, -um :* long.
- lusor, -oris, m. :* joueur.
- lusus, -us, m. :* jeu.
- materia, -ae, f. :* matière, sujet.
- partes sustineo, -es, -nui, -ere :* jouer le rôle de.
- Phaethon, -ontis, m. :* Phaéthon.
- promoveo, -es, -vi, -motum, -ere, tr. :* pousser.
- radiatus, -a, -um :* orné de rayons.
- ruber, -bra, -brum :* rouge.
- secundum, prép. (acc.) :* selon.
- sermo, -onis, m. :* conversation.
- sudum, -i, n. :* beau temps.
- talus, -i, m. :* osselet.
- tero, -is, trivi, tritum, -ere (tempus) :* faire passer (le temps).
- tragoedia, -ae, f. :* tragédie.
- tunica, -ae, f. :* tunique.
- vinco, -is, vici, victum, -ere, tr. :* vaincre.

## JEUX

I. — D. : In fabula mea tres personae erunt : Saturnus et Juppiter et Juno. — R. Ego Saturnus ero, nam maximus sum natu. — D. : Ego Juppiter ero, nam animo optimus sum. — R. : Ego Juno ero, nam femina sum. — D. : Tu, Saturne, in terram decidere debes. — R. : Tu, Juppiter, Saturnum percutere debes. — D. : Tu, Juno, nihil habes quod facias. — R. : Non Saturnus ero, nam decidere nolo. — D. : Non Juppiter ero, nam percutere nolo. — R. : Non Juno ero, nam aliquid facere volo. — D. : Ergo fabula nulla erit. — R. : Sed fabula debet esse. — D. Ergo ero Saturnus et decidere volo, etc....

II. — *Prononcer très vite les phrases suivantes sans erreur :*

II. — latrunculis, id est parvis latronibus, in latruncularia tabula ludo.

Lusores ludibundum lusum ludunt.

## CENSURA

Ut pignora recipias :

Dic omnia verba quae tu novisti quibus « ire » significari potest.

Dic sine errore : Latrunculus parvus est latro, latro magnus est latrunculus.

## QUESTIONNAIRE

Jiune pueri sermonibus gavisi sunt?  
 Quid eis potius quam colloquia visum est?  
 Quid a matre impetrarunt?  
 Quam fabulam delegerunt?

## VOCABULAIRE 44

- |  |  |
|--|--|
| <i>aliquis, -quid</i> , pr. et adj. : quel-        | <i>maximus, -a, -um</i> natu : aîné.                           |
| que, quelqu'un, quelque chose.                     | <i>nihil habeo quod faciam</i> : n'avoir                       |
| <i>animus, -i</i> , m. : cœur, disposi-            | rien à faire.  |
| tions.   | <i>nolo, non vis, nolui, nolle</i> , tr. :                     |
| <i>colloquium, -ii</i> , n. : conversation.        | ne pas vouloir.  |
| <i>decido, -is, -di, -ere</i> , intr. :<br>tomber. | <i>percutio, -is, -cussi, -cussum,</i><br>-ere, tr. : frapper. |
| <i>femina, -ae</i> , f. : femme.                   | <i>potior, -ius</i> : préférable.                              |
| <i>ludibundus, -a, -um</i> : amusant.              | <i>verbum, -i</i> , n. : parole, verbe.                        |

## RÉDACTION

Caecilia. Marcus Aulusque Romuli fabulam agere cogitant.  
 Sed eorum nemo lupae personam sustinere vult.

## VOCABULAIRE 45

- |  |   |
|--|---|
| <i>cogito, -as, -avi, -atum, -are</i> ,<br>tr. : réfléchir, avoir le projet. | <i>persona, -ae</i> , f. : masque, person-                              |
| <i>nemo, -minis</i> : personne.  | nage.   |
| <i>partes, -ium</i> , f. pl. : rôle.   | <i>personam sustineo, -es, -nui,</i><br>-ntum, -ere : jouer le rôle de. |



CHAPITRE XVI  
DE PHAËTHONIS FABULA

Lucius in alta cathedra resedit et Quintus eum supplex adiit. Ejus ad genua provolutus : « Pater mi, inquit, nunquam mihi quidquam negasti; jam adulescens sum et audeo omnibus precibus a te id petere : currum tuum, quo orbis terrarum quotidie luce perfunditur, his manibus trade et ego per unum diem regam. Hoc jamdudum vehementer cupio. » Lucius respondit : « Mi fili, mi fili, magna petis et tuarum precum te paenitebit. Nam meum currum equi acerrimi trahunt; eos domare non poteris; praecipitem te dejicient et morieris. » Postquam Sol et Phaëthon sic verba fecerunt, Phaëthon in cathedram ascendit et cum magno strepitu se humum praecipitavit. Syra nutrix tumultum audiit et accurrit. Sed finis erat et Lucius magna voce exclamavit : « Vos, plaudite. »

## VOCABULAIRE 46

*acer, -cris, -cre* : vif, fougueux.  
*adulescens, -entis*, m. : jeune homme.

*audeo, -es, ausus sum, -ere*, tr. semi-dép. : oser.

*cupio, is, -ivi, -itum, -ere*, tr. : désirer.

*domo, -as, -mui, -mitum, -are*, tr. : dompter.

*exclamo, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : s'écrier.

*finis, -is*, m. : fin.

*genu, -us*, n. : genou.

*humum, humi* : à terre.

*mori, -eris, mortuus sum, mori*, dép. intr. : mourir.

*omnibus precibus* : par d'instantes prières.

*orbis terrarum*, m. : terre, globe des terres.

*paenitet, -tuit, -ere (aliquem)*, tr. impers. : se repentir.

*perfundo, -is, -fudi, -fusum, -ere*, tr. : inonder.

*plundo, -is, plausi, plausum, -ere*, intr. : applaudir.

*praecipo, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : précipiter.

*preces, -um*, f. pl. : prières.

*provolutus, -a, -um* : prostermé.

*quisquam, quaequam, quidquam* pr. ind. : quelqu'un, quelque chose.

*quotidie*, adv. : chaque jour.

*rego, -is, rex, rectum, -ere*, tr. : conduire.

*resido, -is, -sedi, -sessum, -ere*, intr. : s'asseoir.

*supplex, -plicis*, adj. : suppliant.

*traho, -is, traxi, tractum, -ere*, tr. : traîner.

*tumultus, -us*, m. : bruit, désordre.

*vehementer*, adv. : violemment.

*vox, vocis*, f. : voix, parole.

## JEUX

I. — D. : Sol dixit : « Via ardua est, currus levis, equi acres, auriga rudis, male eveniet. ». — R. : « Si via plana esset, si currus gravis, si equi placidi, si auriga peritus, bene eveniret. » — D. : Phaëthon respondit : « Viam arduam non reformido, neque currum levem, neque equos acres, nam non rudis auriga sum. » — R. : « Et via ardua, currus levis, equi acres, peritum aurigam aperiunt. » — D. : Sol dixit, etc.

II. — D. : Strepitum, tumultum exaudio; deinde lacrimas, gemitus; postremo convicium, clamores. Male evenit. — R. : Voces, verba exaudio; deinde jocos, cachinnos; postremo cantus, citharam. Bene evenit. — D. : Strepitum, etc....

III. — D. : Sol in currum ascendit; equi currum trahunt; orbis terrarum luce perfunditur; dies est. — R. : Sol e curru descendit; equi jam currum non trahunt; orbis terrarum jam luce non perfunditur: nox est. — D. : Sed Sol in currum, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :  
 Dic omnia nomina « currum » significantia quae tu novisti.  
 His nominibus appone adjectiva : auriga; equi; currus;  
 strepitus; clamores.

## QUESTIONNAIRE

Quomodo Lucius et Quintus Solis currum fabricati sunt?  
 Quid a Sole petuit Phaëthon?  
 Statimne impetravit?  
 Quid in fine Lucius dixit?

## VOCABULAIRE 47

- |  |   |
|--|---|
| <i>arduus, -a, -um</i> : montant,<br>haut.                   | <i>gravis, -e</i> : lourd, grave, sérieux.                          |
| <i>bene, male evenit</i> : les choses<br>tournent bien, mal. | <i>jocus, -i, m.</i> : plaisanterie.                                |
| <i>cachinnus, -i, m.</i> : éclat de rire.                    | <i>lacrima, -ae, f.</i> : larme.                                    |
| <i>cantus, -us, m.</i> : chant.                              | <i>levis, -e</i> : léger.   |
| <i>cithara, -ae, f.</i> : cithare.                           | <i>peritus, -a, -um</i> (gén.) : expéri-<br>menté.                  |
| <i>convicium, -ii, n.</i> : échange d'in-<br>jures.          | <i>placidus, -a, -um</i> : tranquille.                              |
| <i>gemitus, -us, m.</i> : gémisse-<br>ment.                  | <i>planus, -a, -um</i> : plat.                                      |
|  | <i>reformido, -as, -avi, -atum,</i><br><i>-are, tr.</i> : redouter. |
|  | <i>rudis, -e</i> : inexpérimenté.                                   |

## RÉDACTION

Lucius Phaëthonis fabulam Quintum docet.

## VOCABULAIRE 48

- doceo, -es, -cui, doctum, -ere, tr.* : faire répéter un rôle à  
quelqu'un.



CHAPITRE XVII  
QUINTUS AD PATREM LITTERAS SCRIBIT

Paucis post diebus a Quinti patre tabellarius venit et litteras attulit. Hae litterae in tabellis cera illitis scriptae erant et anulo Atratini, Quinti patris, obsignatae. Signum Quintus agnovit, rupit, legit. Deinde, stilo verso, litteras delevit et alias scripsit, quas tabellarius patri relaturus erat. Sic scripsit : « Quintus Atratino patri salutem dicit. SVBEEV. Gratias, mi pater, tibi ago, quod de te et de matre tam laeta nuntiasti. Haec ego ex Arpinate scribebam, quo, cum Lucio et suis, nuper profectus sum. In amoenissima Cornelii villa versor, ubi virides colles, lenes aurae, rivi aquarum solis ardores tolerabiliores faciunt quam Romae. Romam post aestatem revertemur et non multo post ad Patavium iter faciam. Jam laetor quod te et matrem amplectabor. Jucundissimos tamen hic dies egi, quorum nunquam obliviscar. Vale. » Cornelius epistulam anulo suo obsignavit et tabellario tradidit.

## VOCABULAIRE 49

*agnosco, -is, -novi, -nitum, -ere,*  
tr. : reconnaître.

*anulus, i, m. :* anneau, servant  
de sceau.

*ardor, -oris, m. :* ardeur.

*aura, -ae, f. :* brise.

*cera, -ae, f. :* cire.

*deleo, -es, -evi, -etum, -ere, tr. :*  
détruire, effacer.

*epistula, -ae, f. :* lettre.

*illino, -is, -levi, -litum, -ere, tr. :*  
enduire.

*laetor, -aris, -tatus sum, -ari,*  
dép. intr. : se réjouir.

*laetus, -a, -um :* joyeux, réjouis-  
sant.

*lenis, -e :* doux.

*litterae, -arum, f. pl. :* lettre.

*multo, adv. :* beaucoup.

*nuntio, -as, -avi, -atum, -are,*  
tr. : annoncer.

*nuper, adv. :* il y a quelque  
temps.

*obliviscor, -eris, -itus sum, -sci,*  
tr. et intr. : oublier.

*obsigno, -as, -avi, -atum, -are,*  
tr. : sceller.

*refero, -fers, retuli, relatum, -ferre,*  
tr. : rapporter, remporter.

*rivus, -i, m. :* ruisseau.

*rumpo, -is, rupi, ruptum, -ere.*  
tr. : briser.

*salus, -utis, f. :* salut, santé.

*scribebam, dans les lettres, l'im-*  
parfait est mis pour le présent.

*signum, -i, n. :* sceau.

*stilus, i, m. :* style, instrument  
formé d'une tige de fer et  
servant à écrire sur les  
tablettes; il se terminait  
d'un côté par une pointe, avec  
laquelle on écrivait, et de  
l'autre par une partie plate,  
qu'on passait sur l'écriture  
pour l'effacer.

**SVBEEV** : abréviation de : *si  
vales, bene est; ego valeo*, c'est-  
à-dire : si vous vous portez  
bien, tout va bien, moi, je me  
porte bien.

*tabella, -ae, f. :* tablette.

*tabellarius, -ii, m. :* facteur.

*tolerabilis, -e :* supportable.

*vale, valete :* adieu.

*versor, -aris, -atus sum, -ari,*  
dép. intr. : se trouver, être  
habituellement.

*verto, -is, verti, versum, -ere, tr. :*  
retourner.

*viridis, -e :* vert.

## JEUX

I. — Volo litteras scribere. — D. Quid facis? — R. : Stilum in manus sumo. — D. : Sumis. Quid postea? — R. : Tabellas in manus sumo. — D. : Sumis. Quid postea? — R. : Stilo litteras in tabellis exaro. — D. : Exaras. Quid postea? — R. : Si in quibus litteris erravi, stilo verso deleo. — D. : Deles. Quid postea? — R. : Scribo : « Vale ». — D. : Scribis. Quid postea? — R. : Tabellas vincio, ut inter se colligentur. — D. : Vincis. Quid postea? — R. : Anulo meo in cera cum vinculo conjuncta signum imprimo. — D. : Imprimis. Quid postea? — R. : Tabellarium voco. — D. : Vocas. Quid postea? — R. : Ei tabellas trado. — D. : Volo litteras, etc.

II. — Volo litteras legere. — D. : Quid facis? — R. : A tabellario accipio. — D. : Accipis. Quid postea? — R. : Signum agnosco. — D. : Agnoscis. Quid postea? — R. : Signum rumpo. — D. : Rumpis. Quid postea? — R. : Vinculum solvo. — D. : Solvis. Quid postea? — R. : Litteras lego. — Volo litteras, etc....

III. — Volo ad litteras rescribere. — D. : Quid facis? — R. : Stilo verso litteras deleo. — D. : Deles. Quid postea? — R. : Alias scribo. — D. : Scribis. Quid postea? — R. : Tabellas vincio, etc.... — Volo ad litteras, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias, responde :

Postquam tabellarius litteras accepit, quid fecit?

Nonne Romanorum litterae in itinere perire poterant?

## QUESTIONNAIRE

Quomodo Romani litteras mittebant?  
 Quomodo litteras SVBEEV interpretaris?  
 Quid in principio epistulae scribebant? quid in fine?  
 Quo aestate Romani se conferebant?  
 Quo mense acerrimus solis ardor est?

## VOCABULAIRE 50

<i>colligo, -as, -avi, -atum, -are,</i>	<i>pereo, -is, -iti, -ire, intr.</i> : se perdre.
<i>tr. : lier, attacher.</i>	
<i>conjungo, -is, -nxi, -nctum, -ere,</i>	<i>principium, -ii, n.</i> : commencement.
<i>tr. : joindre.</i>	
<i>erro, -as, -avi, -atum, -are, intr.</i> :	<i>rescribo, -is, -ipsi, -iptum, -ere,</i>
<i>sc tromper.</i>	<i>tr. : répondre à une lettre.</i>
<i>exaro, -as, -avi, -atum, -are, tr. :</i>	<i>sollo, -is, solvi, solutum, -ere, tr.</i> :
<i>creuser, graver.</i>	<i>détacher, payer.</i>
<i>impresso. -is, -pressi, -pressum,</i>	<i>sumo, -is, sumpsi, sumplum,</i>
<i>-ere, tr. : imprimer, graver.</i>	<i>-ere (in manus), tr. : prendre</i> <i>(en main).</i>
<i>inter se</i> : l'un à l'autre, l'un avec l'autre, l'un sur l'autre, etc....	<i>vincio, -is, vixi, vinctum, -ire,</i>
<i>nonne</i> : est-ce que... ne... pas?	<i>tr. : lier.</i>
	<i>vinculum, -i, n.</i> : lien, attache.

## RÉDACTION

Quintus a patre suo epistulam accepit et Lucio recitat.  
 Lucius ei suadet ut rescribat.

## VOCABULAIRE 51

<i>recito, -as, -avi, -atum, -are,</i>	<i>suadeo, -es, suasi, -ere, tr.</i>
<i>tr. : lire tout haut, donner</i>	<i>conseiller.</i>
<i>lecture de.</i>	



## CHAPITRE XVIII

### CORNELIUS ROMAM REVERTITUR

Imbres diu tenuerunt et jam frigus in tecta penetra-  
bat. Quare Cornelius in Urbem reverti statuit. Per hos enim  
dies de Marcelli amici sui triumpho rumor diffundebatur.  
Hic a peregrinis gentibus post multas victorias reversus erat  
et ea de re senatus sententiam latus erat. Antea Marcello  
non licebat intra pomoerium pedem ferre, qui locus circa  
urbis murum erat sacer, aut jus triumphandi amissurus erat.  
Igitur ab urbe non procul remanebat et diem exspectabat quo,  
in imperii majestate, a militibus comitatus, ad Jovis tem-  
plum processurus erat. Quare Cornelius, in equo sedens,  
propere abiit ut consilii senatus particeps esset et postero  
die uxor ejus cum Lucio et Quinto rheda vecta est. Post-  
quam Romam pervenerunt, Cornelius : « Senatus, inquit,  
Marcello triumphum decrevit. Cras pulcherrimam pompa in  
videbitis. »

## VOCABULAIRE 52

*amitto, -is, amisi, amissum, -ere,*  
tr. : lâcher, perdre.  
*antea, adv. :* auparavant.  
*comitatus, -a, -um :* accompagné.  
*cras, adv. :* demain.  
*decerno, -is, -crevi, -cretum, -ere,*  
tr. : décider.  
*diffundor, -eris, -fusus sum, -ndi,*  
intr. dép. : se répandre.  
*frigus, -goris, n. :* froid.  
*gens, gentis, f. :* famille, nation.  
*imperium, -ii, n. :* commandement suprême.  
*jus, juris, n. :* droit.  
*majestas, -atis, f. :* majesté.  
*particeps, -cipis, adj. :* qui a sa part de.  
*peregrinus, -a, -um :* étranger.  
*pomoerium, -ii, n. :* pomerium,

enceinte sacrée entourant le mur primitif de Rome.  
*pompa, -ae, f. :* procession, cortège.  
*procedo, -is, -cessi, -cessum, -ere,*  
intr. : s'avancer.  
*propere, adv. :* en hâte.  
*rumor, -oris, m. :* bruits qui courrent.  
*sententiam fero, fers, tuli, latum,*  
*ferre :* prononcer, donner son avis.  
*teneo, -es, tenui, -ere, tr. et*  
intr. : tenir, durer.  
*trumpho, -as, -avi, -atum, -are,*  
intr. : triompher.  
*trumphus, -i, m. :* triomphe.  
*victoria, -ae, f. :* victoire.

## JEUX

I. — D. : Si Marcellus intra pomoerium pedem non tulerit, triumphare poterit. — R. : Sed si intra pomoerium tulerit, non poterit. — D. : Si senatus Marcello triumphum decreverit, Marcellus triumphabit. — R. : Si triumphum non decreverit, non triumphabit. — D. : Si Marcellus satis praeclaras victorias tulerit, senatus ei triumphum decernet. — R. : Si non satis praeclaras, non decernet.

II. — *La première moitié de la classe en chœur* : Igitur Marcellus triumphabit, si pedem intra pomoerium non tulcerit, si satis praeclaras victorias tulerit, si senatus triumphum ei decreverit.

*La seconde moitié de la classe en chœur* : Senatus Marcello triumphum decrevit, ergo Marcellus satis praeclaras victorias tulit, ergo pedem intra pomoerium non tulit.

III. — D. : Aestas abiit ; valete flores. — R. : Aestas abiit : valete calores. — D. : Aestas abiit : valete arborum frondes. — R. : Aestas abiit : valete aves, valete pecudes, valete rura. — D. : Cum hieme et frigoribus, in urbem advenimus. — D. : Aestas abiit, valete flores, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias, responde :  
 Omnesne senatores pares erant?  
 Poteratne Marcellus in domum suam ire et liberos amplecti?

## QUESTIONNAIRE

Quare Cornelius Romam reverti statuit?

Omnesne una cum illo redierunt?

Quare tam propere abiit?

Probavitne senatus Marcelli victorias?

## VOCABULAIRE 53

*par, paris* : adj. : égal.                    *satis*, adv. : assez.

*probo, -as, -avi, -atum, -are*, tr. :      *una cum*, prép. (abl.) : en même  
approuver.                                        temps que.

## RÉDACTION

Tito post redditum Lucius obvius sit. Titus miratur quod  
jam reversus sit. Lucius redditus causas reddit.

## VOCABULAIRE 54

*causam reddo, -is, -didi, -ditum,      obvius fio, fis, factus sum, fieri,*  
*-ere* : expliquer la raison.                    intr. : renconter.



CHAPITRE XIX  
**MARCELLUS TRIUMPHAT**

Postero die, vix orto sole, Lucius et Quintus in forum descenderunt et in cujusdam templi gradibus, propter Sacram Viam, se collocarunt. Pompa enim de Campo Martio venire et circa Aventinum Montem flectere et Sacra Via Clivoque Capitolino in Capitolium ascendere solebat. Ad tertiam horam, primum senatores et magistratus incessu gravi procedere coeperunt; deinde tubicines; postremo currus quibus arma, signa, omnia de hoste relata spolia vehebantur; aliis argenteae effigies captarum urbium, id est mulieres in capite turritas coronas gerentes, portabantur; captivi pedibus ibant. Post eos demum Marcellus apparuit, toga picta et tunica palmata indutus, scipionem eburneum manu tenens, qui vestitus Jovis Capitolini est. Servus supra ejus caput coronam tenebat et circa currum milites: i o triumphe! clamabant et per jocos, ut mos est, deridebant eum. Postquam in Capitolium pervenit, Jovi victimas mactavit.

## VOCABULAIRE 55

- appareo, -es, -ui, -ere, intr. : apparaître, se montrer.*
- argenteus, -a, -um : argenté, en argent.*
- Campus (-i) Martius (-ii), m. : le Champ de Mars.*
- captivus, -a, -um : prisonnier.*
- clamo, -as, -avi, -atum, -are, tr. et intr. : crier.*
- demum, adv. : à ce moment précis.*
- derideo, -es, -risi, -risum, -ere, tr. : tourner en dérision.*
- eburneus, -a, -um : en ivoire.*
- effigies, -ei, f. : représentation, portrait.*
- incessus, -us, m. : allure.*
- io triumphe! vive le triomphe!*
- Juppiter (Jovis) Capitolinus (-i), m. : Jupiter Capitolin.*
- macto, -as, -avi, -atum, -are, tr. : immoler.*
- mulier, -ris, f. : femme.*
- palmatus, -a, -um : brodé de palmes.*
- pedibus eo, is, ii, itum, ire, intr. : aller à pied.*
- pingo, -is, -nxi, pictum, -ere, tr. : peindre, broder.*
- propter, prép. (acc.) : auprès de, à cause de.*
- Sacra (-ae) Via (-ae) f. : la Voie Sacrée, rue traversant le Forum.*
- scipio, -onis, m. : sceptre, bâton.*
- spolium, -ii, n. : dépouille.*
- tertia hora : environ neuf heures.*
- tertius, -a, -um : troisième.*
- tubicen, -cinis, m. : trompette (celui qui en sonne).*
- turritus, -a, -um : orné de tours.*
- ut mos est : selon la coutume.*
- vestitus, -us, m. : vêtement.*
- victima, -ae, f. : victime.*
- vix, adv. : à peine.*

## JEUX

I. — D. : Quid milites per jocos Marcello dicebant? — R. : Heus tu! vincere scis, sed uti victoria nescis. — D. : Calvum te abduximus, calvum te reducimus. — R. : Curru veheris et nos qui tecum vicimus pedibus imus. — D. : Tu falsus es Juppiter; Jovis vestitum habes, sed non fulmen. — R. : Tu scipionem habes, centurio vitem : uter trii praestat? — Quid milites, etc....

II. — D. : Qui videre triumphum potuerunt viderunt senatores et magistratus. — R. : Viderunt tubicines et cornicines. — D. : Viderunt currus spoliis refertos. — R. : Viderunt urbium captarum imagines. — D. : Viderunt imperatorem. — R. : Viderunt Jovis Capitolini vestitum. — D. : Sed multi videre triumphum non potuerunt; ergo non viderunt senatores et magistratus. — R. : Non viderunt, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :

Qui in triumphi pompa procedebant? Dic ordine.

His nominibus adjectivum appone : triumphus; pompa; tubicen; arma; milites; currus.

## QUESTIONNAIRE

Quota hora in forum Lucius et Quintus venerunt?  
 Ubi se collocarunt?  
 Longane exspectatio fuit?  
 Cornelius in pompa incedebat?

## VOCABULAIRE 56

<i>abduco, -is, duxi, -ductum, -ere,</i>	<i>nescio, -is, -ii, -ire, tr. : ne pas savoir.</i>
tr. : emmener.	
<i>calvus, -a, -um : chauve.</i>	<i>praesto, -as, -stitti, -are, intr.</i>
<i>cornicen, -cinis, m. : sonneur de cor.</i>	(dat) : l'emporter sur.
<i>exspectatio, -onis, f. : attente.</i>	<i>refertus, -a, -um : rempli.</i>
<i>falsus, -a, -um : faux.</i>	<i>scio, -is, scivi, scitum, scire,</i>
<i>fulmen, -minis, n. : foudre.</i>	tr. : savoir.
<i>heus tu! holà! toi.</i>	<i>tecum : pour cum te.</i>

## RÉDACTION

Aulus, qui triumphum videre non potuit, Lucium et Quintum de eo interrogat.

## VOCABULAIRE 57

*interrogo, -as, -avi, -atum, -are, tr. : interroger.*



## CHAPITRE XX

## LUCIUS ET QUINTUS IN SCHOLAM EUNT

Ad aestatis finem per ventum erat et scholae apertae sunt. Lucius per aliquot annos ludi magistro operam dederat. Ex eo ludo, in quo pueri legere et scribere, praeterea numerorum rationem discere solebant, ad grammaticum tradendus erat. Hic discipulos grammaticam docebat et praecipue poetarum scripta explanabat. Ofellus grammaticus scholam sub porticu propter viam habebat. In ea schola multi erant libri in scidis pergamenis scripti et nonnulla chartea volumina. Sed haec, quod fragilia et caduca erant, magister tantum evoluebat; erant quoque atramentaria et calami, quibus pueri atramento in chartam scribere solebant; nam magistri obsoletos libros a bibliopolis emebant et pueri in eorum altera parte se exercebant; erant quoque stili quibus in pugillaribus cera illitis litteras exarabant et stilo verso delebant; sic adversaria faciebant priusquam in chartas describebant. Quintus cum Lucio scholam frequentavit usque ad profecionis diem.

## VOCABULAIRE 58

*adversaria, -orum*, n. pl. : brouillon.

*altera (-ius) pars (-rtis)*, f. : second côté, envers.

*atramentarium, -ii*, n. : encrier.

*atramentum, -i*, n. : encre.

*bibliopola, -ae*, m. : libraire.

*caducus, -a, -um* : périssable.

*calamus, -i*, m. : roseau, servant à écrire sur le papyrus ou le parchemin.

*charta, -ae*, f. : papyrus.

*disco, -is, didici, discere*, tr. : apprendre.

*exerceo, -es, -cui, -citum, -ere*, tr. : exercer.

*explano, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : expliquer.

*fragilis, -e* : fragile.

*frequento, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : fréquenter.

*grammatica, -ae*, f. : grammaire.

*grammaticus, -i*, m. : professeur de grammaire.

*numerus, -i*, m. : nombre.

*ludus, -i*, m. : jeu, école.

*obsoletus, -a, -um* : hors d'usage.

*Ofellus, -i*, m. : Ofellus.

*operam do, das, dedi, datum, dare* : suivre les cours de quelqu'un.

*poeta, -ae*, m. : poète.

*praecipue*, adv. : principalement.

*praeterea*, adv. : de plus.

*projectio, -onis*, f. : départ.

*pugillares, -ium*, m. pl. : petites tablettes.

*scriptum, -i*, n. : écrit, œuvre.

## JEUX

I. — D. : Publius hodie cum atramentario, calamo; stilo, pugillaribus, in scholam venit. — R. : Marcus hodie sine atramentario, calamo, stilo, pugillaribus in scholam venit. — D. : Publius rectus sedet et tacet. — R. : Marcus corpus in sede sternit et loquitur. — D. : Magister scripta discipulorum colligit : Publius pugillares suos offert. — R. : Marcus nihil offert. — D. : Publius e schola laetus redit. — R. : Marcus e schola tristis redit. — D. : Publius hodie, etc....

II. — D. : Publius domum advenit et patrem salutat. — R. : Marcus domum advenit et patrem fugit. — D. : Publius, a patre interrogatus, quod in schola factum est narrat. — R. : Marcus, patre conspecto, in latebras se penetrat. — D. : Publius it cubitum et quiete dormit. — R. : Marcus it cubitum, sed propter verberationem dormire non potest. — D. : Publius domum, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias, responde :  
 Cur sic Publius et Marcus egerunt?  
 His verbis adjectiva appone, quibus Publius et Marcus significari possunt : **discipulus**; **filius**; **homo**.

## QUESTIONNAIRE

*Quid discipuli apud ludi magistrum discebant?*

*Quid apud grammaticum?*

*Clausisne in aedibus scholae locabantur?*

*Quas res qui in via ambulabant in schola conspiciebant?*

## VOCABULAIRE 59

*loco, -as, -avi, -atum, -are, tr. :* *quiete, adv. : tranquillement.*  
*placer.* *rectus, -a, -um : droit.*

*loquax, -acis, adj. : bavard.*

*sterno, -is, stravi, stratum, -ere,*

*loquor, -eris, locutus sum, loqui,* *tr. : étendre, allonger.*

*dép. intr. : parler.*

*tristis, -e : maussade.*

*offerо, -fers, obtuli, oblatum,*

*verberatio, -onis, f. : fouet.*

*offerre, tr. : présenter, offrir.*

## RÉDACTION

Pridie quam in scholam missi sunt Lucius res sibi et Quinto necessarias colligit.

## VOCABULAIRE 60

*pridie quam, conj. : la veille du jour où.* •



## CHAPITRE XXI

## LUCIUS OFELLO GRAMMATICO OPERAM DAT

Ofellus Lucio librum porrexit et dixit : « Mediocri voce hos versus recita. » Et Lucius :

« Arma virumque cano Trojae qui primus ab oris  
Italiam fato profugus Laviniaque venit  
litora. »

« Qui poeta haec scripsit ? » interrogavit Ofellus. Et Lucius : « Vergilius », nam saepius patrem hujus poetae carmina legentem audiverat. « De quo viro poeta loquitur ? » Et Lucius : « De Aenea. » — Narra, inquit Ofellus, de Aenea fabulam. » Et Lucius : « Aeneas cum Priamo, Trojanorum rege, sanguine conjunctus erat. Post Trojam captam, secessit in Idaeum montem, naves extruxit atque, oraculo jubente, Italiam petiit. Sed Juno, Trojanis irata, multos ei creavit labores. Diu per maria jactatus, in Italiam tandem egressus est. Ibi Ascanius, ejus filius, Albam condidit, ex qua urbe post multos annos, Romulus, Romae conditor, exstitit. » Et Ofellus : « Bene, inquit, respondisti. »

## VOCABULAIRE 61.

*Aeneas, -eae*, m. : Énée.

*Alba, -ae*, f. : Albe.

*arma virumque cano*, etc... : « Je chante la guerre et le héros qui jadis, chassé par le destin des rivages de Troie, s'en vint en Italie et aux bords de Lavinium. »

*bene*, adv. : bien.

*conditor, -oris*, m. : fondateur.

*condo, -is, -didi, -ditum, -ere*, tr. : fonder.

*egredior, -eris, -gressus sum, -di*, dép. intr. : débarquer.

*exsisto, -is, exstitti, -ere*, dép. intr. : provenir.

*Idaeus, -ea, -eum* : de l'Ida.

*iratus, -a, -um* : irrité.

*Italia, -ae*, f. : l'Italie.

*jacto, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : balloter.

*mare, -ris*, n. : mer.

*oraculum, -i*, n. : oracle.

*porrigo, -is, -rrexi, -rrectum, -ere*, tr. : tendre, présenter.

*Priamus, -i*, m. : Priam.

*sanguis, -inis*, m. : sang.

*secedo, -is, -cessi, -cessum, -ere*, intr. : se retirer, s'en aller à l'écart.

*Troja, -ae*, f. : Troie.

*Trojanus, -i*, m. : Troyen.

*versus, -us*, m. : ligne, vers.

## JEUX

I. — D. : Roma a Romulo condita est. — R. : Romulus ex Alba profectus est. — D. : Alba ab Ascanio condita est. — R. : Ascanius Aeneae filius erat. — D. : Aeneas Trojam captam deseruit. — R. : Troja a Junone aliisque diis iratis deleta est.

*La première moitié de la classe* : Quae ergo Romae urbis causa fuit? Romulus? Alba? Ascanius? Aeneas? Juno aliquique dei?

*La seconde moitié de la classe* : Romulus, Alba, Ascanius, Aeneas, Juno multique alii dei Romae causa fuerunt.

D. : Roma a Romulo, etc....

II. — Multos labores Aeneas passus est. — D. : Quos? — R. : Patriam amisit. — D. : Quid postea? — R. : Classem exstruxit. — D. : Quid postea? — R. : Uxore privatus est. — D. : Quid postea? — R. : Per maria jactatus est. — D. : Quid postea? — R. : In Italia male acceptus est. — Multos ergo labores, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :

Quomodo Troja, Alba Romaque urbes conjunctae sunt?  
Dic ordine Aeneae labores.

## QUESTIONNAIRE

Qui poeta Latinus de Aeneae fabula scripsit?  
 Ex qua patria Aeneas natus erat?  
 Novistine aliquos virorum qui ad Trojam pugnaverunt?

## VOCABULAIRE 62

<i>causa, -ae, f.</i> : cause.	<i>nascor, -eris, natus sum, -sci,</i>
<i>classis, -is, f.</i> : flotte.	dép. intr. : naître.
<i>desero, -is, -rui, -rtum, -ere, tr.</i> : quitter.	<i>pator, -eris, passus sum, pati,</i> dép. tr. : souffrir.
<i>male accipio, -is, -cepi, -ceptum,</i> -ere, tr. : mal recevoir.	<i>privo, -as, -avi, -atum, -are, tr.</i> : priver.

## RÉDACTION

Claudia, quae eamdem quam Lucius scholam frequentat,  
 audivit Lucium respondentem; quod matri suae narrat.



## CHAPITRE XXII

**LUCIUS ET QUINTUS MACELLUM  
ET TABERNAS INVISUNT**

Syra pueros mane e somno suscitavit et Lucio : « Amicus, inquit, tuus nostrum macellum non invisit. Hodie tempestas bona est; venite mecum et videbitis. » Anus in viam in qua tabernae sine intermissione ex utraque parte erant eos abduxit. In ea via mercatores merces in mensis lapideis exponebant; ex his mensis multae in parvorum doliorum modum excavatae erant; his doliis oleum, vinum aliaque cibaria servabantur. In thermopolii, juxta ea dolia foculi erant, quibus potionem calefiebant. Res venales in parietibus pictae erant et in titulis proscriptae. Macellum autem magnum erat aedificium, columnis fultum. In media parte lacus erat, in quo piscatores pisces lavabant; postea eos exponebant. Circa lacum, in mensis, bubula et vitulina et porcina et mulitorum aliorum animalium caro venalis proponebatur. Juxta macellum, in foro olitorio et pistorio, olera et panis venibat.

## VOCABULAIRE 63

- animal, -lis*, n. : être, animal.  
*bubula, -ae*, f. : viande de bœuf.  
*calefio, -is, -factus sum, -fieri*,  
 intr. : s'échauffer.  
*caro, -rnis*, f. : chair, viande.  
*cibaria, -iorum*, n. pl. : nourriture.  
*dolum, -ii*, n. : grand récipient,  
 vase servant de tonneau.  
*foculus, -i*, m. : petit foyer.  
*in modum* : à la manière de.  
*lapideus, -ea, -eum* : en pierre.  
*lavo, -as, -avi, -atum, -are*, tr. :  
 laver.  
*macellum, -i*, n. : marché, bou-  
 cherie.  
*mercator, -oris*, m. : marchand.  
*merx, -rcis*, f. : marchandise.  
*oleum, -i*, n. : huile.  
*olitorius, -a, -um* : concernant  
 les légumes.  
*panis, -is*, m. : pain.  
*piscator, -oris*, m. : pêcheur.
- pistorius, -a, -um* : concernant  
 la boulangerie et la pâtisserie.  
*porcina, -ae*, f. : viande de porc.  
*potio, -onis*, f. : boisson, breu-  
 vage, poison.  
*propono, -is, -posui, -positum,*  
*-ere*, tr. : exposer, mettre en  
 vente.  
*proscribo, -is, -scripsi, -scrip-*  
*tum, -ere*, tr. : afficher.  
*tempestas, -atis*, f. : temps (qu'il  
 fait).  
*thermopolium, -ii*, n. : cabaret  
 (où l'on boit des boissons  
 chaudes).  
*uterque, utraque, utrumque* : l'un  
 et l'autre, tous deux.  
*venalis, -e* : à vendre.  
*veneo, -nis, -nii, -nire*, intr. : se  
 vendre, être vendu.  
*vinum, -i*, n. : vin.  
*vitulina, -ae*, f. : viande de veau.

## JEUX

I. — D. : Romae macellum est. — R. : In medio macello lacus est. — D. : Circa lacum sunt mensae. — R. : Ad mensas mercatores stant. — D. : In mensis cibaria jacent. — R. : Esurio : ergo Romam eo. — D. : In macellum me confero. — R. : Circa lacum circumeo. — D. : Ad mensas consto. — R. : Cibaria diligo. — D. : Eorum pretium solvo. — R. : Postea cenare possum.

II. — D. : Soror mea libidinosa est puella : si ei vitulina apponitur, porcinam flagitat. — R. : Si ei faba apponitur faseolum flagitat. — D. : Si ei mel apponitur, mala flagitat. — R. : Sed soror mea neque porcina neque faseolo neque malis delectabitur. — R. : Nam mater ei panem et aquam apponet et postea cubitum ibit.

III. — D. : Olitoris asinus olera vehit. — R. : Salve bone asine! oleribus delectabimur. — D. : Olitoris asinus ficos et mala vehit. — R. : Salve bone asine! ficis et malis delectabimur. — D. : Olitoris apes mel fecerunt. — R. : Salvete bonae apes! melle delectabimur.

## CENSURA

Ut pignora recipias :

Dic sine errore :

Manus manum lavat; asinus asinum fricat (*se dit de deux personnes qui échangent des compliments*).

Lactuca delector, sed lapathum respuo. — Carduo delector, sed fabam respuo. — Ovis delector, sed carnem respuo.

## QUESTIONNAIRE

Quid in tabernis erat?  
 Ubi animalium caro venibat?  
 Quid in medio macello erat?  
 Quid in thermopolis Romani bibeant?

## VOCABULAIRE 64

<i>asinus, -i, m.</i> : âne.	<i>lactuca, -ae, f.</i> : laitue.
<i>carduus, -ui, m.</i> : artichaut.	<i>lapathus, -i, m.</i> : oseille.
<i>cerasium, -ii, n.</i> : cerise.	<i>libidinosus, -a, -um</i> : capricieux.
<i>delecto, -as, -avi, -atum, are, tr.</i> : délecter, plaire à.	<i>malum, -i, n.</i> : pomme.
<i>faba, -ae, f.</i> : fève.	<i>mel, mellis, n.</i> : miel.
<i>faseolus, -i, m.</i> : haricot.	<i>olitor, -oris, m.</i> : jardinier.
<i>ficus, -i, f.</i> : figue.	<i>puella, -ae, f.</i> : petite fille, jeune fille.
<i>frico, -as, -ui, -are, tr.</i> : grater.	<i>respuo, -is, -ui, -ere, tr.</i> : repousser, ne pas vouloir de.
<i>haedina, -ae, f.</i> : viande de chevreau.	<i>salve, salvete</i> : salut!

## RÉDACTION

Eulalia, olitoris uxor, olera legit, ad forum portat, tabernam parat, mercem vendit.

## VOCABULAIRE 65

<i>carior, -ius</i> : plus cher.	<i>permagno veneo, -nis, -nii, -ire</i> :
<i>carus, -a, -um</i> : cher.	se vendre très cher.
<i>constat (-stitit, -stare)</i> , <i>viginti assibus</i> : cela coûte vingt as.	<i>pluris, minoris veneo, -nis</i> , etc... se vendre plus cher, moins cher.
<i>ostendo, -is, -di, -ntum, -ere, tr.</i> : montrer.	<i>vendo, -is, -didi, -ere, tr.</i> : vendre.



### CHAPITRE XXIII SEMPRONIA MINICIAM VISITAT

Lucius et Quintus in atrio sedebant librumque evolvebant. Minicia januam pulsavit et cum palla et stola quibus induita erat eos adiit et salutavit. « Mihi, inquit, nuntius venit. Mea soror, tua matertera, Luci, a Baiis, ubi aestatem egit, Mediolanum ire parat et ad nos devertet. Syra tibi et Quinto tunicas mundas induet. Nolite eis maculas aspergere. Nam Sempronia mulier lautissima est, cui omnis in vestitu neglegentia displicet. » Ad meridiem Sempronia advenit. Multae eam ancillae comitabantur, ornatrices, quae capillum componere solebant, vestispicae, quae vestium curam habebant, unctrices, quae eam post balneum destringebant; praeterea pueri symphoniaci, qui cantando et citharam pellendo eam delectabant. Magnam perturbationem in Cornelii domum attulit.

## VOCABULAIRE 66

*aspergo, -is, -rsi, -rsum, -ere, tr. :*  
asperger, tacher (la chose  
qu'on tache se met au datif).

*Baiae, -arum, f. pl. :* Baïes, ville  
d'eaux de Campanie.

*capillus, -i, m. :* cheveu, cheve-  
lure.

*compono, -is, -posui, -positum,  
-ere, tr. :* arranger.

*cura, -ae, f. :* soin.

*displianceo, -es, -cui, -citum, -ere,  
intr. :* déplaire.

*lautus, -a, -um :* élégant.

*matertera, -ae, f. :* tante mater-  
nelle.

*Mediolanum, -i, n. :* Milan.

*mundus, -a, -um :* propre, soigné.

*neglegentia, -ae, f. :* négligence.  
*nolite... aspergere :* ne tachez  
pas.

*nuntius, -ii, m. :* nouvelle, cour-  
rier.

*ornatrix, -tricis, f. :* coiffeuse.  
*pello, -is, pepuli, pulsum, -ere,*  
tr. : pousser, frapper, pincer  
(un instrument de musique à  
cordes).

*perturbatio, -onis, f. :* trouble.

*soror, -oris, f. :* sœur.

*symphonicus, -a, -um :* musi-

cien.

*unctrix, -icis, f. :* masseuse.

*vestispica, -ae, f. :* femme de  
chambre.

## JEUX

I. — D. : Cur in Cornelii domum ancillae, ornatrices, unctrices, vestispicae advenerunt? — R. : Quod Sempronia ornari, destringi, vestiri volebat. — D. : Cur in Cornelii domum tam multi symphoniaci pueri advenerunt? — R. : Quod Sempronia musica delectari volebat. — D. : Cur in Cornelii domum tanta perturbatio allata est? — R. : Quod multae ancillae et pueri symphoniaci advenerant. — D. : Cur in Cornelii domum ancillae, etc....

II. — D. : Postero die Sempronia evigilavit et unctrices, ornatrices, vestispicas, pueros symphoniacos ad se vocavit. — R. : Unctrices eam post balneum destrinxerunt. — D. : Ornatrices capillum ejus composuerunt. — R. : Vestispicae pulchram vestem ei induerunt. — D. : Quam felix Sempronia erat! Nam postero die evigilavit et unctrices, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias, dic sine errore :  
 Semproniae capillum ornatrices ornabant.  
 Semproniae vestes vestispicae inspiciebant.

Multi perturbatores perturbationem attulerunt et tota domus perturbata est.

Sempronia pulchris stolis delectatur, Sempronia pulchris pallis delectatur, nam Sempronia lauta mulier est.

Vestispica pulchram stolam Semproniae induit, vestispica pulchram pallam Semproniae induit, nam vestispica sedula ancilla est.

## QUESTIONNAIRE

Ubi Baiae urbs jacebat?  
 Una rheda an pluribus Sempronia cum comitatu vehebatur?  
 Aspiciebantne qui in via erant Semproniam et qui eam comitabantur?

## VOCABULAIRE 67

<i>spicio, -is, -spexi, -spectum,</i>	<i>felix, -icis,</i> adj. : heureux.
<i>-ere, tr.</i> : examiner.	<i>musica, -ae,</i> f. : musique.
<i>Campania, -ae,</i> f. : Campa-	<i>perturbator, -oris,</i> m. : perturba-
nie.	teur.
<i>comitatus, -us,</i> m. : cortège,	<i>perturbo, -as, -avi, -atum, -are,</i>
accompagnement.	tr. : trouble.
<i>evigilo, -as, -avi, -atum, -are,</i>	<i>sedulus, -a, -um :</i> diligent
intr. : s'éveiller.	

## RÉDACTION

Sempronia ad Mediolanum proficiscitur.



## CHAPITRE XXIV

## DE BAIANA URBE

Post cenam, Cornelius et omnes sui in atrio resederunt, et Sempronia, postquam ab ea flagitaverunt, de Baiana urbe narravit. « Hanc, inquit, urbem, abhinc tres annos non videram et mire mutatam inveni. Romani in ea multa aedificia exstruxerunt, non modo in terra, sed etiam in medio mari. Nam, lapidibus ingentibus in aquam demersis, firma fundamenta faciunt et aedes splendidas, columnis marmoreis reluentes, superstruunt. Triclinia in aquis excurrunt et cōnvivarum epulantium ante oculos fenestrae fluctu verberantur et nonnunquam ipsi asperguntur. Balneum uno pariete a mari dividitur et qui lavantur in medio mari sibi natare videntur. Totum litus pulcherrimis villis praetextum est. Sed quod praecipue mirandum est, plurimi fontes aquis calidis manant, quibus saepius aegri curantur. At validi multo plures sunt, loci amoenitate illecti.

## VOCABULAIRE 68

*abhinc tres annos* : depuis trois ans.

*aeger, -gra, -grum* : malade.

*amoenitas, -atis*, f. : agrément, charme.

*at*, conj. : mais.

*Baianus, -a, -um* : de Baïes.

*conviva, -ae*, m. : convive.

*curo, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : prendre soin de, guérir.

*demergo, -is, -ersi, -ersum, -ere*, tr. : immerger.

*epulor, -aris, -atus sum, -ari*, dép. intr. : souper.

*firmus, -a, -um* : solide.

*fluctus, -us*, m. : vague.

*fundamentum, -i*, n. : fondement.

*illicio, -is, -lexi, -lectum, -ere*, tr. : charmer, attirer.

*ingens, -ntis*, adj. : énorme.

*litus, -toris*, n. : rivage.

*manno, -as, -avi, -atum, -are*, intr. : couler.

*marmoreus, -a, -um* : en marbre.

*mirandus, -a, -um* : admirable.

*mire*, adv. : étonnamment.

*muto, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : changer.

*non modo... sed etiam* : non seulement... mais encore.

*nonnunquam*, adv. : parfois.

*oculus, -i*, m. : œil.

*plurimus, -a, -um* : très nombreux, en grande quantité.

*praetexo, -is, -xui, -xtum, -ere*, tr. : border.

*reluceo, -es, -luxi, -ere*, intr. : réfléter, renvoyer la lumière.

*splendidus, -a, -um* : splendide.

*superstruo, -is, -uxi, -uctum, -ere*, tr. : bâtir par-dessus.

*validus, -a, -um* : bien portant.

*verbero, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : battre.

## JEUX

I. — D. : Aegri primum a potionibus salutem petunt. — R. : Si potio eos non curavit, ad aquas Baianas se conseruent. — D. : Si aquae Baianae non curaverunt, ad frigida fomenta decurrunt. — R. : Qui potionē curatus est, potionē gratias agit. — D. : Qui aquis Baianis curatus est, aquis Baianis gratias agit. — R. : Qui frigidis fomentis, ut divus Augustus, curatus est, frigidis fomentis gratias agit.

*Tous les élèves en chœur :*

Sed qui potionē curati sunt, qui aquis Baianis curati sunt, qui frigidis fomentis curati sunt, universi medico gratias agunt.

D. : Aegri primum, etc...

II. — D. : Triclinia in aquam excurrunt et convivae in medio mari sibi epulari videntur. — R. : Cubicula in silvis excurrunt et qui dormiunt inter arbores sibi dormire videntur. — D. : Balnea in flumine excurrunt et qui natant in medio calido flumine sibi natare videntur.

*Tous les élèves en chœur :*

Ergo Romanis quae erant non esse videbantur et quae non erant esse videbantur et ea re magnopere laetabantur.

## CENSURA

Ut pignora recipias responde :

Cur Baiana litora Romanis tam valde placebant?

Quid a fenestrīs villarūm Baianarūm prospiciebatur?

## QUESTIONNAIRE

Eratne Baiae urbs urbis Romae similis?  
 Omnibusne temporibus anni Baiae aequa incolebantur?  
 Quid sibi in Baiis validi et aegri quaerebant?  
 Erantne multi Baiis divites?

## VOCABULAIRE 69

- |   |   |
|---|---|
| <i>aeque</i> , adv. : également.  | <i>fomentia</i> , - <i>orum</i> , n. pl. : applica-<br>tion.  |
| <i>decurro</i> , - <i>is</i> , - <i>rri</i> , - <i>rsum</i> , - <i>ere</i> ,<br>intr. : recourir à.               | <i>incolo</i> , - <i>is</i> , - <i>lui</i> , - <i>ere</i> , tr. : habiter.  |
| <i>divus Augustus</i> : le divin Au-<br>guste; ce titre servait à dési-<br>gner les empereurs après leur<br>mort. | <i>magnopere</i> , adv. : grandement.<br><i>medicus</i> , <i>i</i> , m. : médecin.<br><i>silva</i> , - <i>ae</i> , f. : bois, bosquet,<br>parc. |
|   | <i>valde</i> , adv. : beaucoup.   |

## RÉDACTION

Sempronia Miniciae scribit ut Baiarum aedibus suis eam  
invitet. Loci amoenitatem explicat.

## VOCABULAIRE 70

- Invito*, -*as*, -*avi*, -*atum*, -*are aedibus*, tr. : inviter chez soi.



## CHAPITRE XXV

**LUCIUS ET QUINTUS AD FULLONEM  
ET AD FIGULUM EUNT**

« Hodie, inquit Minicia, Syra ad fullonem et ad figulum ibit ut nobis nonnulla comparet. Eam comitabimini ut eorum fabrorum fabricas videndo delectemini. » Primum ad fullonem se contulerunt. Ibi erant multae vestes, aliae sordidae, aliae jam mundatae. Sed plures in lacubus jacebant; fullones eas creta miscebant et multa aqua irrigabant; quo facto, in lacus descendebant et nudis pedibus saltabant vestesque premebant. Postea vestes in sole siccabantur prelisque levigabantur. Quando ad figulum venerunt, vas fictile in rota erat, sed nondum absolutum. Rota pedum motu volvebatur et vas simul cum ea; manibus vas premendo, dum rota currebat, figulus singebant et formabant. Postea lineas in molli terra acu impressit et sic ornavit. Tum demum Lucius et Quintus recesserunt.

## VOCABULAIRE 74

- abservo, -is, -vi, -olutum, -ere,* tr. : achever.
- acus, -us, f. : aiguille.*
- comparo, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : procurer.
- creta, -ae, f. : craie.*
- faber, -bri, m. : ouvrier.*
- fabrica, -ae, f. : atelier.*
- fictilis, -e : en terre glaise.*
- figulus, -i, m. : potier.*
- singo, -is, finxi, factum, -ere, tr. :* modeler.
- formo, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : former.
- fullo, -onis, m. : foulon, ouvrier qui remplaçait chez les Romains le blanchisseur.*
- irrigo, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : arroser.
- levigo, -as, -avi, -atum, -are, tr. :* unir, polir.
- misceo, -es, -cui, mixtum, -ere,* tr. : mélanger.
- mollis, -e : mou, tendre.*
- mando, -as, -avi, -atum, -are,* tr. : nettoyer, blanchir.
- nudus, -a, -um : nu.*
- prelum, -i, n. : presse.*
- premo, -is, pressi, pressum, -ere,* tr. : presser.
- quando, conj. : quand.*
- rota, -ae, f. : roue.*
- salto, -as, -avi, -atum, -are,* intr. : danser.
- siccо, -as, -avi, -atum, -are, tr. :* sécher, faire sécher.
- simul cum : en même temps que.*
- vas, vasis, n. : vase.*
- volvo, -is, -vi, volutum, -ere, tr. :* tourner, faire tourner.

## JEUX

I. — D. : Manibus figuli vasa fictilia fingunt. — R. : Cogitatione poetae vana fingunt. — D. : Lingua ursae catulos fingunt.

*La classe en chœur :*

Sic eodem verbo res dissimillimae significantur.

D. : Manibus, etc...

II. — D. : Gratias fulloni agimus quod vestes nostras sordidas accipit et mundas reddit. — R. : Quod vestes nostras nigras accipit et candidas reddit. — D. : Quod vestes nostras turpes accipit et pulchras reddit.

*La classe en chœur :*

Nam sordida vestis luctum denuntiat, candida laetitiam.

III. — D. : Curre, rota, dum figulus vas singit. — R. : Postquam vas absolutum erit, quietem, rota, ages. — D. : Deflue, aqua, dum fullo vestes mundat. — R. : Postquam vestes mundatae erunt, quietem, aqua, ages. — D. : Curre, rota, etc....

## CENSURA

Ut pignora recipias, dic sine errore :

In fabricis fabri fabricantur.

Creta figurari figuli fictiles figuras singunt.

Candidati candidas vestes candore splendentes induunt.

## QUESTIONNAIRE

Quomodo Romanorum vestes mundabantur?  
 Cur fullones saltabant?  
 Quid vestibus irrigatis miscebant?  
 Quomodo figulus rotam movebat?

## VOCABULAIRE 72

*candidatus, -i, m.* : candidat (à une charge politique).

*candor, -oris, m.* : blancheur.

*catulus, -i, m.* : petit d'animal.

*cogitatio, -onis, f.* : pensée, imagination.

*denuntio, -as, -avi, -atum, -are,*  
tr. : annoncer.

*dum, conj.* : tandis que, jusqu'à ce que.

*figularis, -e* : de potier.

*figura, -ae, f.* : figure, représentation.

*laetitia, -ae, f.* : joie.

*luctus, -us, m.* : deuil.

*reddo, -is, -didi, -ditum, -ere,*  
tr. : rendre.

*splendeo, -es, -ere, intr.* : être éclatant.

*turpis, -e* : laid, honteux.

*ursa, -ae, f.* : ourse.

*vanus, -a, -um* : menteur, inventé.

## RÉDACTION

In aedium pariete Juppiter pictus est in Creta a capra nutritus; quam imaginem Lucius Quinto explanat.



## CHAPITRE XXVI

**LUCIUS ET QUINTUS PER VIAM  
APPIAM ITER FACIUNT**

Miniciae amica quaedam, quae haud procul a Via Appia habitabat, aegrotavit. Hanc Minicia cum Lucio Quinto visitavit et Viam Appiam viderunt. Hac via, ab Appio Claudio in pristinis Romae temporibus munita, ad Campaniam ibatur et nobilissimorum Romanorum sepulcra dextra et laeva jacebant. Pleraque monumenta, mortuorum titulis et effigie ornata, magnifice exstructa erant. Antequam ad Viam Appiam pervenerunt, in sepulcra gentis Corneliae penetrarunt. Ibi Scipionum, clarissimorum imperatorum Romanorum, corpora in lapideis arcis jacebant. Nam illi genti mos erat in terra suorum corpora humandi. Quae vetustissimae arcae cum titulis ad nostram memoriam servatae sunt. Multorum autem aliorum corpora comburebantur et cineres in urnas colligebantur; quae sive in columbariis, sive in monumentis servabantur.

## VOCABULAIRE 73

- ad nostram memoriam* : jusqu'à notre époque.
- aegroto, -as, -are*, intr. : être malade.
- amica, -ae*, f. : amie.
- Appius (-ii) Claudius (-ii)*, m. : Appius Claudius.
- arca, -ae*, f. : coffre.
- cinis, -neris*, m. : cendre.
- clarus, -a, -um* : illustre.
- columbarium, -ii*, n. : columbarium, édifice dans lequel des rangées de petites niches recevaient les urnes funéraires.
- comburo, -is, -ussi, -ustum, -ere*, tr. : brûler.
- dextra, adv.* : à droite.
- humo, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : inhumer.
- itur, itum est, iri*, intr. imp. : on va.
- laeva, adv.* : à gauche.
- magnifice, adv.* : splendide-ment.
- monumentum, -i*, n. : souvenir, monument.
- mortuus, -a, -um* : mort.
- muhiio, -is, -ivi, -itum, -ire*, tr. fortifier, construire (une route).
- nobilis, -e* : noble, important.
- plerique, -aeque, -aque* : la plupart.
- pristinus, -a, -um* : primitif.
- sepelio, -is, -ivi, -pultum, -ire*, tr. : ensevelir.
- sepulcrum, -i*, n. : sépulcre.
- sive.. sive* : soit... soit...
- urna, -ae*, f. : urne.
- vetustus, -a, -um* : antique.
- Via (-ae) Appia (-ae)* : f. Voie Appienne.
- visito, -as, -avi, -atum, -are*, tr. : visiter.

## JEUX

I. — D. : Via Appia in Campaniam ibatur. — R. : Sacra Via in Capitolium. — D. : Inter pulcherrimas vias Romanas Appia est. — R. : Sed Sacra Via omnium nobilissima. — D. : Via Aurelia in Etruriam ibatur. — R. : Sed Sacra Via in Capitolium. — D. : Inter longissimas vias Romanas Aurelia est. — R. : Sed Sacra Via omnium nobilissima.

*La classe en chœur :*

Via Appia pulchra est, Via Aurelia longa est, sed Sacra Via omnium est nobilissima, etc...

II. — D. : Via Appia ab Appio Claudio munita est. — R. : Clodius et Clodia ex Appii posteris erant<sup>1</sup>. — D. : Clodius in via Appia grassabatur. — R. : Clodia sine ulla modestia in Via Appia lectica ferebatur. — D. : Munivitne Appius Viam Appiam ut Clodius ibi grassaretur, ut Clodia ibi in lectica sine ulla modestia ferretur? — R. : Si ea videret, Appius erubesceret. — D. : Via Appia ab Appio, etc...

## CENSURA

Ut pignora recipias dic sine errore :

Clodius grassator factus est; Clodia mala fama utitur; quare abavo Appio ruborem inducunt. Si Clodius grassator non factus esset, si Clodia mala fama non uteretur, Appio rubor non induceretur.

1. Cicéron oppose dans plusieurs discours la gloire d'Appius Claudius aux vices de ses descendants, les frère et sœur Clodius et Clodia.

## QUESTIONNAIRE

Quomodo Romani mortuos sepeliebant?  
 Quibus signis sepultra agnoscebant?  
 Omnesne mortui comburebantur?  
 Quis Viae Appiae nomen dedit?

## VOCABULAIRE 74

- |   |   |
|---|---|
| <i>abavus, -i</i> , m. : ancêtre.   | <i>lectica, -ae</i> , f. : litière.   |
| <i>Clodia, -ae</i> , f. : Clodia.   | <i>mala fama utor, -eris, usus sum,</i><br>uti : avoir mauvaise réputation. |
| <i>Clodius, -ii</i> , m. : Clodius.   | <i>modestia, -ae</i> , f. : dignité, modestie.                              |
| <i>Etruria, -ae</i> , f. : l'Etrurie.   | <i>posteri, -orum</i> , m. pl. : descendants.                               |
| <i>grassator, -oris</i> , m. : brigand.   | <i>rubor, -oris</i> , m. : rougeur.   |
| <i>grassor, -aris, -atus sum, -ari, d&amp;p. intr.</i> : pratiquer le brigandage. | <i>Via (-ae) Aurelia (-ae)</i> , f. : la Voie Aurélienne.                   |
| <i>induco, -is, -uxi, -uctum, -ere, tr.</i> : amener, causer.                     |   |

## RÉDACTION

Manius in Campaniam proficiscitur. Quid videt postquam e moenibus egressus est?

## VOCABULAIRE 75

*moenia, -ium*, n. pl. : murs.



## CHAPITRE XXVII

**LUCIUS ET QUINTUS EXSEQUIARUM  
POMPAM CONSPICIUNT**

Quando ad Portam Capenam appropinqua verunt, pompa exsequiarum eis obvia facta est et eam contemplati sunt. Cujusdam hominis nobilis corpus ad rogum ferebatur. Principio incedebant tubicines et tibicines et praeficae. Praeficae magna voce lamentabantur et mortuum laudabant. Post eas viri quidam e plebe ibant, illius qui efferebatur majorum, sive consules fuerunt, sive praetores aut aediles aut tribuni plebis, insignia gerentes et eorum effigie cerea personati : et omnibus modis studebant illos mayores imitari et repraesentare. Post eos mortuus ferebatur. Jacebat in ferculo, veste velato, et supra corpus effigies ejus exstebat; hunc lectum octo gestatores ferebant. Post corpus, filii mortui, capite velato, et mulieres propinquae, crinibus passis, incedebant. Dissignator suum cuique locum dabat et de tota pompa ordinanda curabat.

## VOCABULAIRE 76

*aedilis, -is*, m. : édile, surveillant de la police et des bâtiments publics.

*cereus, -a, -um* : de cire.

*crinis, -is*, m. : cheveu.

*dissignator, -oris*, m. : maître des cérémonies.

*effero, -fers, extuli, elatum, -ferre*, tr. : enterrer.

*exsequiae, -arum*, f. pl. : obsèques.

*exto, -as, -stitti, -are*, intr. : apparaître, se dresser.

*ferculum, -i*, n. : brancard.

*gestator, -oris*, m. : porteur.

*insignia, -ium*, n. pl. : insignes.

*lamentor, -aris, -atus sum, -ari*, dép. intr. : se lamenter.

*lectus, -us*, m. : lit.

